



ducendo nella bisaccia oggetti
tempo di guerra ciascun mi-
provveduto d' una fascia, con al
ce, e cenci di panno lino, cadend
rebbe più speditamente medicato
chirurgo troverebbe sul medesim
estate le cose necessarie alla prima me
one.

§. LXVII.

Oltre agl' indicati oggetti di vestimento
ascun fante porta sopra se stesso un fucil
on bajonetta, una sciabola, e una gibern
iena di cartocci. Egli è evidente, che ar
ato d' armi leggiere reggerebbe più lung
npo alla marcia, e più agevolmente l
erebbe nella pugna. Forse diminuendo
o della palla, si potrebbe alleggeri
llo del fucile senza togliergli la solidità
sistenza necessaria.

'armadura dell' infanteria lo schiopp
bajonetta sembrano sufficienti. Della sci
non ne fa uso che in caso estremo:
serve comunemente per ispaccar legn
altri consimili bisogni; quantunque

FLORA
ACONIENSIS

SEU PLANTARUM

IN NOVARIENSI PROVINCIA
SPONTE NASCENTIUM DESCRIPTIO

AUCTORE

JOANNE BIROLI NOVARIENSI

MEDICINAE DOCTORE
IN LYCEO-CONVICTU AGRICULTURAE
ET BOTANICES PROFESSORE
PLURIUM ACADEMIARUM SOCIO
AGRARII NOVARIENSIS SOCIETATIS HORTI
PRAESIDE.

VOL. I.

1808.

EX TYPOGRAPHIA VIGLEVANENSI.



EXCELLENTISSIMO VIRO

JOSEPHO PRINA

EQUITI TORQUATO CORONAE FERREAE

MAGNA AQUILA LEGIONIS HONORIS INSIGNITO

EX COLLEGIO ELECTORALI DOCTORUM

REDITUUM PUBLICORUM IN REGNO ITALIAE

ADMINISTRO.

JOANNES BIROLI.

Herbarum quotquot rarissimas, saluberrimasque jamdiu perlustranti mihi, ac diligenter scrutanti Aconiense solum exhibuit in seriem digestarum

descriptionem edituro, Præstantissime Vir, Tu in primis occurris, cui librum inscribam, et donem. Quemadmodum enim lucubrationi huic nascenti id erat potissimum propositum, ut et uberrimae rebus omnibus regioni aliquid nominis, celebritatisque hac etiam ex parte oriretur, et hominibus nostris non minima pararetur utilitas: ita operi exacto nullus aptior, propensiorque mihi visus est posse Patronus obtingere, quam Tu, per quem Urbi nostræ tanta decoris, ornamenti, et commodi facta est accessio, ut se talem genuisse Civem merito, et lætetur, et glorietur. Accedit quod,

cum liberales artes, et disciplinas, jam inde a prima adolescentia pene universas magnitudine ingenii tui complexus sis, nil tibi non carum, et mirifice acceptum esse posse speravi, quod ad eas quoquomodo vel promovendas, vel illustrandas conferre possit. Hoc itaque studiorum meorum munusculum, quod in tuo nomine apparet, æqui bonique facias rogo, atque benigne, quæ tua est humanitas, excipiens, ingeniis, quibus hæc regio in primis certe ferax est, majora fortasse jam molientibus, animos addas.

PRAEFATIO.

Ubi primum in R. Lyceum, quo cum convictu nuperrime Civitas haec munificentissimi Principis beneficio aucta, et honestata est, Agriculturae, et Herbariae artis professor cooptatus fui peroportunam existimavi tempus occasionem attulisse, ut, quam olim adornaveram indigenarum Aconiensis Provinciae stirpium descriptionem, in lucem proferrem. Sicuti enim adolescentium meae curae commissorum utilitati adprime consultum fore confidi, si, quae verbis delineata, et expressa, mente, animoque in Schola me docente didicissent,

eorum pleraque vivis exemplis ante oculos posita, passim, quasi me duce, possent intueri: ita arbitratus sum fore ut meus hic labor, quamvis unius regionis spatio circumscriptus, non minimum publici commodi intersit. Quandoquidem non dubium est, quin, si opera, studiisque collatis Herbarii in id incumbant, ut singuli in singulis regionibus, quod ipse exorsus sum, idem ingenio, et auspiciis felicioribus perficiant, brevi nos absolutissimam universi Regni Floram simus habituri. Cui quidem operi perficiendo vix hominis unius studia, vitaque sufficerent; eo plane modo, quo politico-oeconomicam cujuslibet Regni descriptionem (quam Statisticam *vocant) fieri non posse compertum est, nisi antea singularum provinciarum factis, et observationibus sigillatim exactis, ex quibus tamquam conquisitis, et congestis caementis universum aedificium in magnum veluti corpus coalescat.*

Aconiensis igitur Praefectura, quae ab Agonia *seu* Aconia *fluvio, qui ab Agoni-*

bus Populis nomen habet, Verbano lacu, Ticinoque flumine ad orientem solem; Sessitis amne ad occidentem; Eridano ad meridiem; corona denique montium septentriones versus terminatur. Porro hisce finibus comprehensa Regio dividitur in planam, collinam, et montosam. Plana constat Laumellina, et territoriis Viglevanensi, et Novariensi; collina planam interjacet ac montosam; hanc vero efficiunt Alpes Poeninae, ac Summae, earumque rami, seu brachia Valles omnes Sessitanas, et Ossulanas complectuntur.

Ad Poeninas Alpes pertinent in summa Valle Sessitana mons Rosa, cujus pars non impervia est mons Turlo: mons Moro in suprema Valle Antrasca, et Antronensi; mons Ossulanus in Valle Bugnanca; mons Sempronii, vel Semplonii, vel Coepionis, il Sempione *supra vallem Diveriae, aut Divedriae,* val Divedria, *vel* di Vedro; *mons Cistella inter latera vallium Divedriae, et Antigorii. Ad alpes summas referendus est mons Gries, sive* Col di Gries *in verti-*

ce vallis Formatiae, utpote propago montis Adulae, Monte di s. Gottardo, *quem alpibus summis geographi omnes adscribunt, et quoniam a Gries ad Vegetianam vallem continuantur alpinae rupes, quae gradatim inde descendunt ad efformandas valles Intrascam, et Canobianam, editiores saltem ex earum numero, sunt alpibus summis accensendae, una cum monte Cresteſio sito non procul ab ostiis vallium Antigorii, atque Vegetii.*

Dixi horum montium, et aliorum, quos praeterii ramos, seu brachia complecti valles Sessitanas, et Ossulanas, etenim sub uno nomine vallis Sessitanae, vel Siccidae, la Valsesia, *aliae plures veniunt, sed tres praecipue: sunt autem Vallis magna*, Val Grande, *quae ab Alania descendens*, Alagna, *per Varallum, Aram usque pertingit Sessite flumine irrigata. Parva*, Val Pitta, Val Piccola, Val di Sarmenza, *sive* Val di Bucioletto, *quae a Balmutia*, Balmuccia *usque ad montem* Tagliaferro *sursum ducit. Tertia denique Mastalonis, quae pro-*

pe Varallum incipiens, *Rimellam*, Rimella, *et Fobellum*, Fobello, *usque adscendit.*

Sessitanas valles consequuntur ad septentrionem Ossulanae, ac primo quidem Antiasca, Val d' Anzasca, *mox Antronensis*, Valle d' Antrona, *tum Bugnanca*, Valle di Bugnanco, *deinde Diveria, Divedria, seu Divetria*, Valle di Vedro, *quae ostium habent orienti obversum; sequitur maxime omnium aquilonaris, et prospiciens in meridiem Vallis Antigorii*, Valle di Antigorio, *supra quam Vallis Formatia*, Valle di Formazza, *in cujus vertice septentrionali e memorato monte* Gries *oritur Athison, seu Athoson*, la Toce, la Tosa, *aut* l' Atos. *Sola in orientali Ossulae parte sita est Vallis Vegetii*, Val di Vegezzo, *obversum habens ostium occidenti, et fere oppositum ostio Vallis Bugnancae. Sed nomen Vallis Ossulae*, Val d' Ossola, *aut* Val Grande dell' Ossola, *proprie sibi vindicat major, et depressior ceteris vallis, quam Athiso a septentrione, ad meridiem interfluens tributarias aquas a singulis vallibus acci-*

pit, *et a laeva Meletium*, Melezzo, *a Vegetiana*, *a dextera a Valle Divedria torrentem Diveriam*, la Divedria, *a Bugnanca Bugnam*, la Bugna, *ab Antronensi Oescam*, l' Osa, *aut* l' Oesca, *ab Antiasca*, *Antiam*, la Lanza, *aut* l' Anza, *et a dextera itidem*, *postea quam Athiso ad orientem vergit*, *Stronam*, la Strona, *a valle cognomine* Val di Strona, *auctamque Negulia*, la Negoja, *aut* Negolia, *quod est emissarium Hortani Lacus*, *seu Cusii*, Lago d' Orta, *a sinistra vero emissarium Lacusculi*, *qui a Mergotio nomen habet*, Lago di Mergozzo.

Jam vero ad invisendam, *quam descripsi hactenus montanam Praefecturae partem*, *primo me contuli anno* 1795, *quo vertente*, *pedes semper juxta Linnaei monitum*, *trium mensium spatio montes*, *vallesque Ossulae universas non solum peragravi*, *verum etiam intentis oculis*, *animoque lustravi.*

Quo ex itinere cum domum rediissem naturae spoliis onustus, *hoc est fossilibus*

permultis , nec parva insectorum copia, maxime Coleopterorum , et Lepidocterorum, tum vero vegetabilium messis meam superavit expectationem.

Brevis hic , et faustus excursus incendit animum ad alias peragrandas regiones Novariae adjacentes , omniaque indigena vegetabilia colligenda , quod singulis annis feci , modo hanc , modo illam , tum planam , tum montuosam ditionis partem perscrutando , ita ut nullam inobservatam , quoad fieri potuit , praetermiserim ; immo ubi feracior natura se se obtulerat , saepius reversus sum , praecipue ad montem Moro , Cistella , Ossolano , Crestese , Margozzolo , Campello , Rosa , *et* Turlo.

Non abs re erit commonere in montuosa hac parte non solum metalla, et semimetalla , aurum , argentum , cuprum , ferrum , antimonium , titanium abundare , verum etiam primordialibus scatere principiis. Occurrunt enim ubique granita , micacei , et argillosi schisti , serpentinae , et quarzosae rupes, nec deficit Calx primigenia ad Cre-

pit, *et a laeva Meletium*, Melezzo, *a Vegetiana*, *a dextera a Valle Divedria torrentem Diveriam*, la Divedria, *a Bugnanca Bugnam*, la Bugna, *ab Antronensi Oescam*, l'Osa, *aut* l'Oesca, *ab Antiasca*, *Antiam*, la Lanza, *aut* l'Anza, *et a dextera itidem*, *postea quam Athiso ad orientem vergit*, *Stronam*, la Strona, *a valle cognomine* Val di Strona, *auctamque Negulia*, la Negoja, *aut* Negolia, *quod est emissarium Hortani Lacus*, *seu Cusii*, Lago d'Orta, *a sinistra vero emissarium Lacusculi*, *qui a Mergotio nomen habet*, Lago di Mergozzo.

Jam vero ad invisendam, *quam descripsi hactenus montanam Praefecturae partem*, *primo me contuli anno* 1795, *quo vertente*, *pedes semper juxta Linnaei monitum*, *trium mensium spatio montes*, *vallesque Ossulae universas non solum peragravi*, *verum etiam intentis oculis*, *animoque lustravi.*

Quo ex itinere cum domum rediissem naturae spoliis onustus, *hoc est fossilibus*

permultis , nec parva insectorum copia , maxime Coleopterorum , et Lepidocterorum, tum vero vegetabilium messis meam superavit expectationem.

Brevis hic , et faustus excursus incendit animum ad alias peragrandas regiones Novariae adjacentes , omniaque indigena vegetabilia colligenda , quod singulis annis feci , modo hanc , modo illam , tum planam , tum montuosam ditionis partem perscrutando , ita ut nullam inobservatam , quoad fieri potuit , praetermiserim ; immo ubi feracior natura se se obtulerat , saepius reversus sum , praecipue ad montem Moro , Cistella , Ossolano , Crestese , Margozzolo , Campello , Rosa , *et* Turlo.

Non abs re erit commonere in montuosa hac parte non solum metalla , et semimetalla , aurum , argentum , cuprum , ferrum , antimonium , titanium abundare , verum etiam primordialibus scatere principiis. Occurrunt enim ubique granita , micacei , et argillosi schisti , serpentinae , et quarzosae rupes , nec deficit Calx primigenia ad Cre-

volam in Valle Diveriae, *non saxum Denemorense*, Trapp; *non Granatus*, Granate, *praesertim in monte* Cistella; *non Quarzus silex Crystallus*, Cristallo di Rocca, *albo*, *flavo*, *fusco*, *alioque colore infectus*; *non Talcus Cyanites*, Cianite, *non Tremolitus communis*, *et vitriformis*, Tremolite; *frequens praeterea est Actinotus vulgaris*, *et vitriformis*, Stralite, *et asbestiformis*, Asbestite; *Schorlus niger*, Scorlo nero; *Sienites*, Sienite; *Porfidi*, *aliaque non ignobilia mineralia*, *veluti Caolinum ad montes* di Crana *in Valle Vegetii a Clarissimo* Amoretti *detectum ad efficienda vasa murrhina*, Porcellanae, *opportunissimum*; *Gypsum primordiale*, Gesso primigenio, *et Dolomites*; *Talcum nephrites*, Pietra nefritica, o Giada; *Achatem vero Carneolum*, Agata, *reperi ad alveum Athisonis*, *non longe a monte* Crestese. *Sed longum esset singula persequi enumerando.*

Neque minus vegetabilibus ferax est Aconiensis Praefecturae pars collina, *seu*

clivosa, quam dixi montuosam, et planam interjacere. Ubi enim decrescunt montes ad Vallem Utiae, sive Ugiae, Val d'Uggia, *et ad Hortanum*, Lago d'Orta, *Verbanumque lacum*, Lago Maggiore, *incipiunt colles, primo ipsos inter montes, dein alii aliis adglomerati, postea invicem recedentes, ita ut duplici serie secus Ticini dextram, Sessitisque sinistram progressi meridiem versus desinant in planitiem Novariensem, cujus etiam partem intercipiunt. Porro hisce in collibus, praeter vites, quae vina ferunt alia aliis generosiora, praeter oleas, quas intelligenti consilio nonnulli hodie colunt, praeter citrea mala, et medica facile provenientia, observare est stirpes non vulgares, praesertim in collibus Romaniani*, di Romagnano, *Bochae*, di Boca, *atque Mazzoriae, seu Majoriae*, di Maggiora, *ubi et Calx praestantissima, et Talcum medicinale, varie coloratum*, Bolo, *et Argilla ochra*, Terra gialla, *et Lithantraces*, Carbone di Terra, *et marina Testacea, praecipue ex*

ordine Cochlearum, in quo genera Patellarum, et Buccinorum observantur. Nec omittam recens detectum Caolinum.

Planities denique fere dimidium sibi vindicat Praefecturae ad meridiem feracissima, et irrigua, quae etiam si primo intuitu praediorum possessoribus arridere unice videatur ob immensam satorum Oryzae, et frumenti cujuscumque generis, et pratorum, et Lini copiam, eadem nihilo minus botanices amatoribus non est infecunda; nam glareosa superius cretacea in medio, inferius sabulosa, multiplicem alit vegetabilium varietatem; praeterquam quod ad planitiem pertinent ericeta Brughiere, *quae a Campolato*, Gambolò, *ad Ticinum extensa, et in eminentiori fluminis ripa continuata Burgummanerium*, Borgomanero, *usque procurrunt; pertinent etiam eae veluti valles, quas soli declivitas Ticino, et Pado appropinquanti necessario efficit sub vernaculo nomine* Valle del Ticino, Valle del Po; *pertinent valliculae ab Aconia, Terduplo, seu Terdu-*

vio, il Terdoppio, *aut* Terdobbio, *et Albonea*, l' Arbogna, *planitiem intersecantes efformatae. Hisce in vallibus, et ericetis vegetabilium copia, et varietas loci extensionem valde superat, praecipue in vallicula Alboneae, rivi ignobilis, et lutulenti Novaria Mortariam, ultraque pigre defluentis.*

Quae cum ita sint, quis non videt in Aconiensi Praefectura non deesse regiones septentrionales, ubi glacies, nivesque perennes conservantur, ex quibus descenditur ad temperatiores, sicuti ad Lacus Verbani, et Cusii? Nec inolescere recusant in planitie fere omnes Carolinae, Virginiae, et Pensilvaniae Plantae, non secus ac in natali solo.

Nec dubitem asserere permulta vegetabilia apud nos crescere, praeter descripta, inobservata; etenim singulis anni temporibus in iisdem locis opporteret naturam sequi, quippe Aconiae provincia latissime patens variis plagis maxime in alpibus gaudet, quam quod valeant hominis vires

ordine Cochlearum, in quo genera Patellarum, et Buccinorum observantur. Nec omittam recens detectum Caolinum.

Planities denique fere dimidium sibi vindicat Praefecturae ad meridiem feracissima, et irrigua, quae etiam si primo intuitu praediorum possessoribus arridere unice videatur ob immensam satorum Oryzae, et frumenti cujuscumque generis, et pratorum, et Lini copiam, eadem nihilo minus botanices amatoribus non est infecunda; nam glareosa superius cretacea in medio, inferius sabulosa, multiplicem alit vegetabilium varietatem; praeterquam quod ad planitiem pertinent ericeta Brughiere, *quae a Campolato*, Gambolò, *ad Ticinum extensa, et in eminentiori fluminis ripa continuata Burgummanerium*, Borgomanero, *usque procurrunt; pertinent etiam eae veluti valles, quas soli declivitas Ticino, et Pado appropinquanti necessario efficit sub vernaculo nomine* Valle del Ticino, Valle del Po; *pertinent valliculae ab Aconia, Terduplo, seu Terdu-*

vio, il Terdoppio, *aut* Terdobbio, *et Albonea*, l' Arbogna, *planitiem intersecantes efformatae. Hisce in vallibus, et ericetis vegetabilium copia, et varietas loci extensionem valde superat, praecipue in vallicula Alboneae, rivi ignobilis, et lutulenti Novaria Mortariam, ultraque pigre defluentis.*

Quae cum ita sint, quis non videt in Aconiensi Praefectura non deesse regiones septentrionales, ubi glacies, nivesque perennes conservantur, ex quibus descenditur ad temperatiores, sicuti ad Lacus Verbani, et Cusii? Nec inolescere recusant in planitie fere omnes Carolinae, Virginiae, et Pensilvaniae Plantae, non secus ac in natali solo.

Nec dubitem asserere permulta vegetabilia apud nos crescere, praeter descripta, inobservata; etenim singulis anni temporibus in iisdem locis opporteret naturam sequi, quippe Aconiae provincia latissime patens variis plagis maxime in alpibus gaudet, quam quod valeant hominis vires

singula scrutando complecti. Caeterum adeo natura in hac pulcherrima parte ludit, ut semper aliquid novi servet, quo sui amantes iterum non sine praemio alliciat.

Hic vero inter alios quibus te laudibus efferam, dulcis, et fidissime Amice Jacobe Antoni Carestia, *qui dum in majori Novariae Nosocomio Chirurgicis curationibus, prudenti, et certa manu publicam promereris laudem, vegetabile regnum scrutari non omittis? Etenim singulis annis vix in patriam tuam reversus praeruptas conscendis rupes, vallesque Sessitis percurris, atque in primis nivosum montem* Rosa, *illique proximum, ut ita dicam, filium excelsum Turlum*, il Turlo, *omnigena vegetabilia, et mineralia colligis, mihique lubente animo porrigis.*

Coeterum non ignarus novas in dies species, et genera jam notis addi, et de jam repertis quanta sit opinionum discrepantia, cumque ea in urbe vivam, in qua hac de scientia perquam tenuis suppetit librorum copia, meis ipse viribus non satis

fidens, hujus scientiae praeclarissimorum virorum usus sum opera, qui libenter mihi suam obtulerunt opem ad species exactius statuendas, omniaque dubia declaranda; quorum suffultus praesidiis, adgressus sum opus, certus de stirpium singularum natali solo, etenim maxima ex parte propriis collegi manibus, non nullas ab amicis certissimae fidei accepi, securus de earum caractere essentiali, ut merito confidam fore, ut laborem, et diligentiam meam bonam in partem accipiant herbariae rei Amatores.

Linnaeum secutus in stirpibus per ordinem redigendis, classium ejusdem auctoris enumerationem praemisi, quibus singulos generum, et specierum characteres opposui ex Wildenowio desumptos, vel ex Murayo, aliisque auctoribus. In Cryptogamia Lichenum genus juxta methodum clarissimi Acharii ordinavi.

Unicuique stirpi, quoad fieri potuit, optimam penes alios auctores iconem impressam assignando indigitavi.

Loca natalia, ubi frequentior est unaquaeque species, tantum indicavi.

Italica adjeci nomina, exemplum secutus recentiorum Botanices cultorum, admittendo jam accepta, vel in italum sermonem latina vertendo. Vernacula quoque adjunxi magis nota, quamvis parvi momenti; etenim non solum variant in singulis regionibus, sed eodem in loco a diversis diversimode appellantur.

Plantas oeconomicas jam in Flora Economica *evulgatas ita* * *designavi; medicas vero* ✱ *notavi; quae ambabus gaudent virtutibus, eas geminis signis* ✱* *indicavi.*

CLASSIUM CHARACTERES.



1. Monandria. Stam. unicum in flore hermaphrod.
2. Diandria. . . . . Duo.
3. Triandria . . . . Tria.
4. Tetrandria. . . . Quatuor.
5. Pentandria . . . Quinque.
6. Hexandria. . . . Sex.
7. Heptandria . . . Septem.
8. Octandria . . . Octo.
9. Enneandria . . . Novem.
10. Decandria. . . . Decem.
11. Dodecandria . . Duodecim ad novemdecim.

12. Icosandria . . . Mariti viginti, saepe plures ad stamina (non receptaculo) sed calycis lateri interno adnata.

13. Polyandria. Stamina receptaculo inserta a viginti, ad centum, in eodem, cum pistillo, flore.

14. Didynamia. Stamina quatuor, duo reliquis longiora

15. Tetradynamia. Stamina sex, quorum quatuor longiora, duo autem opposita breviora.

16. Monadelphia. Stamina filamentis in unum corpus coalita.

17. Diadelphia. Stamina filamentis in duo corpora connata.

18. Polyadelphia. Stamina filamentis in plura corpora coalita.

19. Syngenesia. Stamina antheris (raro filamentis) in cylindrum coalita.

20. Gynandria. Stamina pistillis (non receptaculo) insident.

21. Monoecia. Flores masculi, ac foeminei in eadem planta sunt.

22. Dioecia. Flores masculi in diversa planta a foemineis.
23. Polygamia. Flores hermaphroditi, et masculi, aut foeminei in eadem specie.
24. Cryptogamia. Flores intra fructum, vel singulari modo occultati.



Ut classes a maribus, seu staminibus; ita Ordines a foemineis, seu pistillis desumuntur. In classe autem *Syngenesiae* a caeteris differunt ordines, e. g.

Monogynia, Digynia etc. idest Pistillum 1. 2. etc. Numerus hic pistilli desumitur a basi styli; si stylus autem deficiat, a numero stigmatum calculus fit.

Polygamia aequalis, ubi flores ex multis flosculis, staminibus, ac pistillis instructis constant.

Polygamia superflua. Cum flores disci hermaphroditi stigmate instruuntur, et semina proferunt; flores vero foeminei radium constituentes pariter semina proferunt.

Polygamia frustranea. Ubi flores disci hermaphroditi stigmate instruuntur, et semina proferunt. Flosculi vero radium constituentes, ob defectum stigmatis, semina proferre nequeunt

Polygamia necessaria. Ubi flores hermaphroditi ob defectum stigmatis pistilli semina perficere nequeunt; flores autem foeminei in radio, semina perfecta proferunt.

Polygamia segregata. Ubi plures calyculi, a communi calyce comprehenduntur, ut unicum florem, vel simul juncti receptaculum commune constituant, hinc distinguitur non *a sexu*, sed *a calyce, et receptaculo.*



CLASSIS I.

MONANDRIA MONOGYNIA.

1. Hippuris. *Hippure.*

Cal. superus: margo bilobus: cor. 0.

HIPPURIS VULGARIS.
Foliis stellatis, plurimis linearibus acutis. Fl. Dan. 78.
Aquis lente fluentibus, praesertim vallis Ticini frequens.

DIGYNIA.

Callitriche. *Callitrica.*

Cal. 0.: *cor.* 2. *petal.* : *capsul.* 2. *locular.*

CALLITRICHE VERNA.
Foliis superioribus ovalibus, floribus androgynis. Fl. Dan. 129.
Aquis stagnantibus, et lente fluentibus vulgaris. *Folia omnia integerrima.*

CALLITRICHE AUTUMNALIS.
Foliis omnibus linearibus apice 2-fidis, flo-

ribus hermaphroditis. Gmel. Sibir. 3. p. 13. n.° 5. t. 1. f. 2.

Aquis lente fluentibus, praesertim fontanis frequens. Autumno floret.

Callitriche intermedia.

Foliis superioribus ovalibus caulinis linearibus apice 2–fidis.

Aquis fontanis S. Petri *di Mosezzo* hanc stirpem copiosam vidi simul cum verna, et autumnale crescentem, *foliis superioribus. Cal. vernae, inferioribus autumnalis; ita ut hybridam speciem semper dixi.*





CLASSIS II.

DIANDRIA MONOGYNIA.



Ligustrum. *Ligustro.*

Cor. 4-fida Bacca 4. sperma.

* LIGUSTRUM VULGARE.

Foliis lanceolatis acutiusculis, panicula coarctata.

Ligustro levistico ec.

Ad sepes: nec deficit circa urbem. *Frutex.*

Syringa. *Siringa.*

Cor. 4-fida. Caps. 2-locularis.

SYRINGA VULGARIS.

Foliis ovato-cordatis.

Ad montes *di Varallo* copiosa crescit ut pro indigena habeatur. *Vern. Lillà* et *Serene.*

Circaea. *Circea.*

Cal. 2. phyllus: cor. 2. petala: obcordata.

CIRCAEA LUTETIANA.

Caule erecto, foliis ovatis, subserratis, hirsutis. Fl. Dan. 256.

In umbrosis huius urbis frequens, ubi variat flore albo.

CIRCAEA ALPINA.

Caule ramosissimo depresso, foliis cordatis, dentatis, nitidis, glabris. Fl. Dan. 210.

Locis subalpinis umbrosis frequens, uti ad *Baveno*, *Fariolo* ec.

Veronica. *Veronica.*

Cor. 4. fida: limbo planiusculo: lacinia inferiore angustiore: capsul. 2. locul.

VERONICA SPICATA.

Spica terminali, foliis oppositis, crenatis, obtusis, caule adscendente simplicissimo. Fl. Dan. 52.

In pascuis *della Baima d' Allagna* observavit *Carestia*.

✠ * VERONICA OFFICINALIS.

Spicis lateralibus pedunculatis, foliis oppositis obovato-subrotundis, pilosis, annuis, caule procumbente hirto. Fl. Dan. 248.

Veronica Maschio. Matt.

In umbrosis collium vulgaris.

VERONICA BELLIDIOIDES.

Corymbo terminali, caule adscendente, simplici diphyllo, foliis obtusis, crenatis, calycibus hirsutis. Hall. helv. t. 15. f. 1.

In circumdariis *d' Allagna* caule nudum diphyllo.

VERONICA FRUTICULOSA.

Racemo terminali multifloro, foliis lanceolatis, obtusiusculis subdenticulatis, calycinis foliolis

acutis, caulibus fruticulosis. Hall. helv. n.° 545. t. 16.

Rupibus alpinis praesertim *del Sempione* frequens.

Veronica alpina.

Corymbo terminali, foliis oppositis oblongo lanceolatis acutis, dentatis, calycibus hispidis. Fl. Dan. 16.

Nil frequentius in alpibus, ubi specimen collegi foliis acutis, et obtusissimis semper dentatis, etiam in eadem stirpe.

Veronica serpillifolia.

Racemo terminali subspicato, foliis ovatis, glabris crenatis. Fl. Dan. 492.

In pratis, et pascuis frequens.

Veronica beccabunga.

Racemis lateralibus, foliis ovatis, planis, caule repente. Fl. Dan. 511.

Aquis puris fluentibus frequens.

Veronica anagallis.

Racemis lateralibus, foliis lanceolatis serratis, caule erecto. Fl. Dan. 90.

Aquis puris, et fontibus vulgaris, ubi foliis ovatis saepe variat. cum praecedente vocatur ab Italis *Beccabunga*.

Veronica scutellata.

Racemis lateralibus alternis, pedicillis pendulis, foliis linearibus integerrimis. Fl. Dan. 209.

Ad argines oryzarum praesertim *di Obbiate* abundat.

Veronica teucrium.

Racemis lateralibus longissimis, foliis ovatis, rugosis, dentatis obtusiusculis, caule procumbente.

In pratis *del Margozzolo* frequens.

* VERONICA CHAMAEDRYS.

Racemis lateralibus, foliis ovatis sessilibus, rugosis, dentatis, caule debili. Fl. Dan. 448.

In umbrosis vulgatissima.

VERONICA AGRESTIS.

Floribus solitariis pedunculatis, foliis cordatis petiolatis, caule pubescente. Fl. Dan. 449.

In agris ubique, ubi variat flore caeruleo, et albo.

VERONICA ARVENSIS.

Floribus solitariis, et foliis cordatis incisis, pedunculo longioribus. Fl. Dan. 515.

In arvis vulgatissima.

* VERONICA HEDERIFOLIA.

Floribus solitariis, foliis cordatis planis, quinque lobis, pedunculo brevioribus, calycinis ovatis. Fl. Dan. 428.

In campis circa urbem vulgaris, ubi variat flore albo, et pedunculis, folio longioribus.

VERONICA FILIFORMIS.

Floribus solitariis, foliis cordatis crenatis, pedunculo brevioribus, calycinis lanceolatis.

Cum praecedente crescit praesertim in hortis, *foliis nundum 5–lobis.*

VERONICA TRIPHYLLOS.

Floribus solitariis pedunculatis, foliis digitato-partitis, caule patulo. Fl. Dan. 627.

In campis circa urbem frequens.

VERONICA VERNA.

Floribus solitariis subsessilibus, foliis digitato-partitis, caule stricto, pedunculis, calyce, brevioribus. Fl. Dan. 252.

In arvis *della Bicocca* huius urbis vulgaris.

VERONICA ACINIFOLIA.

Floribus pedunculatis solitariis, foliis ovatis, glabris, crenatis, caule erecto subpiloso. Boc. Mus. 2. f. 102.

Circa Novariam in locis umbrosis *della Bicocca*, ubi et Ver. praecox Schmidt. occurrit foliis cordatis, profunde dentatis.

Gratiola. *Graziola.*

Cor. 4-fida bilabiata resupinata: stam. 4. duo sterilia: capsula 2. locularis.

✠ * GRATIOLA OFFICINALIS.

Foliis lanceolatis, serratis, floribus pedunculatis. Fl. Dan. 363.

Pratis uliginosis, et oryzis, vulgo *Graziola officinale.*

Pinguicula. *Pingüicola.*

Cor. ringens calcarata: cal. 5-fid.: capsula unilocularis.

* PINGUICULA VULGARIS.

Nectario conico recto longitudine petali, labio superiore bilobo. Fl. Dan. 93.

Ad radices alpium locis irriguis frequens, ubi appellatur *Erba olearia.*

PINGUICULA ALPINA.

Nectario subulato reflexo, petalis breviore. Fl. Dan. 453.

Ad montem *Moro*, et *Rosa* frequens.

Utricularia. *Otricolaria.*

Cor. ringens calcarata: calyx 2-phyllus: capsula unilocularis.

UTRICULARIA VULGARIS.

Nectario conico, scapo paucifloro. Fl. Dan. 138.

In oryzis praesertim *di Obbiate* copiosa.

UTRICULARIA MINOR.

Nectario carinato. Fl. Dan. 128.

In oryzis rarissime occurrit: praecaeteris inveni illis *di Nibbia*, *Proh* ec.

Verbena. *Verbena.*

Cor. subaequalis: calyx lacinia suprema breviore.

✠ * VERBENA OFFICINALIS.

Tetrandra, spicis filiformibus paniculatis, foliis multifido-laciniatis, caule solitario. Fl. Dan. 628.

In ruderatis ubique.

Lycopus. *Licopo.*

Cor. 4-fida subaequalis: cal. lacinia suprema breviore.

* LYCOPUS EUROPAEUS.

Foliis sinuato-serratis.

Marubio acquatico volg.

Secus fossas frequens.

Lycopus exaltatus.

Foliis basi pinnatifido-serratis.

Juxta oryzas *di Obbiate* semper collegi.

Suffrenia. *Suffrenia.*

Cal. o. : *corolla calycina monopetala 4-fida; foliolis ovatis acutis aequalibus; stamina corolla breviora; antherae capitatae, germen superum subrotundum; stylus simplex, stigma capitatum, capsula unilocularis bivalvis.*

Suffrenia filiformis.

Caulis filiformis, ramosus, humifusus radicans, folia inferiora subsessilia, ovata, opposita, internodiis remotioribus; superiora perfecte sessilia, internodiis proximioribus, flores sessiles, parvi sub flavi opposite dispositi, ad axillas foliorum unus utrinque. Bellardi stirpes Nov. t. 1. fig. 1.

In oryzis vulgatissima ubi *calyx 2-phyllus, ad basim corollae nectaria quatuor pulcherrime coccinea; flores hyalini, raro albidi; caule erecto, simplici, nonsaepe ramoso; autumno tantum procumbente, folia ovato-lanceolata.*

Salvia. *Salvia.*

Cor. ringens filamenta transverse pedicellata.

* Salvia pratensis.

Foliis cordato-oblongis crenatis, summis amplexicaulibus verticillis subnudis, corolla galea

glutinosis. Moris hist. 3. p. 393. s. 11. t. 13. fig. 10.

Salvia da prato vernacule.

Ubique in pratis ubi variat flore caeruleo, albo, rubro, et variegato.

SALVIA GLUTINOSA.

Foliis cordato-sagittatis, serratis, acutis. Moris hist. 3. p. 394. s. 11. t. 13. fig. 18.

In umbrosis collium frequens, nec desideratur circa Novariam *alla Vesca*.

DIGYNIA.

Anthoxanthum. *Antosanto.*

Calyx gluma 2-valva, 1-flora: cor. gluma 2-valva acuminata aristata.

ANTHOXANTHUM ODORATUM.

Spica oblonga, ovata, flosculis diandris subpedunculatis, arista longioribus. Fl. Dan. t. 666.

In pratis frequens.

CLASSIS III.

TRIANDRIA MONOGYNIA.

Valeriana. *Valeriana.*

Cor. 5–fida basi gibba: semen unicum.

VALERIANA DIOJCA.

Floribus triandris diojcis, foliis pinnatis integerrimis. Fl. Dan. 687.

Pratis uliginosis *di Prella*, et secus aqueductum *la Cerana* frequens. *Folia radicalia ovata, petiolata, flores saepissime dioici.*

✠ VALERIANA OFFICINALIS.

Floribus triandris, foliis omnibus pinnatis. Fl. Dan. 570.

Valeriana officinale. Valeriana silvestre.

In valle Ticini, etiam circa hanc urbem ad fossas occurrit.

✠ VALERIANA PHU.

Floribus triandris, foliis caulinis pinnatis radicalibus indivisis.

Valeriana maggiore, od ortense.

In rupibus vallis dictae *Canobbiana* unice inveni. *Folia infima integra sunt.*

VALERIANA TRIPTERIS.

Floribus triandris, foliis dentatis, radicalibus cordatis, caulinis ternatis ovato-oblongis.

In Montanis vulgaris.

✠ VALERIANA CELTICA.

Floribus triandris, foliis ovato-oblongis, obtusis, integerrimis.

Nardo celtico. Matt. spiga celtica officinale.

Alpibus *della Strona* supra *il Forno*; rupibus vallis *di Formazza* frequens.

VALERIANA SUPINA.

Floribus tetrandris, involucellis hexa phyllis, trifloris, foliis integris. All. fl. ped. t. 10. fig. 2.

Abundans in decliv ibus montis Rosae, Mori, Tur i ec.

VALERIANA OLITORIA.

V. locusta, Fl. svec. 32. 36.

Floribus triandris, caule dichotomo, foliis lanceolatis integerrimis, fructu nudo.

Propter *la Cunetta* frequens, ubi caule simplici, rarissime dichotomo crescit.

Polycnemum. *Policnemo.*

Cor. o.: Calyx 5-phyl.: subtus 3-phyl. semen 1.

POLYCNEMUM ARVENSE.

Triandrum, foliis subulatis, triquetris, caule diffuso.

In arvis praesertim *di Gagliate*, *Cerano*, ec.

Crocus. *Croco.*

Cor. sexpartita erecto patula: stigmata convoluta colorata.

Crocus vernus.

Stigmate 3-fido: corolla breviore erecto: foliis linearibus planis.

— *Zafferano giallo, o falso.*

Varietatem foliis latioribus, et corolla alba saepe vidi in alpibus *del Campello*, et *Carestia* in illis *di Piana Fuseria* observavit valle siccida.

Iris. *Iride.*

Cor. 6-partita; laciniis alternis reflexis; stigma petaloideum.

✠* Iris germanica.

Corollis barbatis, caule foliis altiore, multifloro, floribus inferioribus pedunculatis.

Ad dirupta oppida collium frequens.

✠ Iris pseud-acorus.

Corollis imberbibus, petalis interioribus, stigmate minoribus, foliis ensiformibus. Fl. Dan. 494.

Acoro falso. Matt. Iride giallo vulg.

In aqueductibus oryzarum etiam illo *della Cunetta.*

Schoenus. *Scheno.*

Cor. o.: calyx paleis fasciculatis: semen subrotundum.

* Schoenus mariscus.

Culmo tereti, foliis margine, et dorso aculeatis.

Ad verbanum, ubi Ticinum oritur, abundat.

Schoenus nigricans.

Culmo tereti nudo, capitulo ovato, involucri diphylli, valvula altera subulata longa. Moris hist. 3. p. 233. S. 8. t. 10. f. 28.

In paludosis exsiccatis oryzarum vulgaris, ubi altitudine maxime variat a policari ad pedalem.

Schoenus albus.

Culmo subtriquetro folioso, floribus fasciculatis, foliis setaceis. Fl. Dan. 320.

In paludosis vallis, *Arbogna.*

Cyperus. *Cipero.*

Cor. o.: calyx paleis distichis: semen nudum.

Cyperus distachyos.

Culmo triquetro filiformi, basi folioso, spicis binis sessilibus, involucro brevioribus.

In uliginosis *di Varallo*, et praesertim *di Scopa.* Rara.

Cyperus flavescens.

Culmo triquetro, nudo, umbella subcomposita triphylla, spicis confertis, lanceolatis, glumis obtusis. Moris hist. 3. p. 239. s. 8. t. 11. f. 37.

Secus vias oryzarum ubique.

Cyperus fuscus.

Culmo triquetro, umbella composita triphylla, spicis linearibus confertis, glumis acutis, imbricatis. Fl. Dan. 179.

In fossis oryzarum rara, in illis *di Candia* frequens, ubi panicula diphylla, et triphylla nigricante, et furruginea variat.

Cyperus glaber.

Culmo triquetro nudo, laevi, umbella triphylla, floribus glomeratis, inferioribus brachiatis, foliis glabris.

In spongiosis lacus Cusii rara occurrit.

✠ * Cyperus longus.

Culmo triquetro folioso, umbella foliosa supra decomposita, pedunculis nudis, spicis alternis. Jacq. ic. rar. 2. t. 297.

In uliginosis vallis Ticini vulgo dicta *Lisca, Liscone*.

Scirpus. *Scirpo.*

Cor. o.: cal. paleis imbricatis: semen nudum.

* Scirpus palustris.

Culmo tereti nudo, spica subovata terminali. Fl. Dan. 273.

In oryzis vulgaris, ubi coespitosus evadit, et altitudine a palmari ad bipedalem variat.

Scirpus caricis.

Culmo subtriquetro nudo, spica disticha compressa, involucro monophyllo.

Schoenus compressus. L. sp. plant. 65.

Carex uliginosa. L. fl. svec. 748. 836.

In paludoso lacu *di Vinzaglio* unice inveni in planitie; ad radices montium ubique.

Scirpus coespitosus.

Culmo striato nudo, spica 2-valvi terminali longitudine calycis, radicibus squamula interstinctis. Moris. hist. 3. p. 333. t. 10. f. 35.

In Sylvis S. Petri *di Mosezzo* nec frequens.

Scirpus baeothryon.

Culmo striato nudo, spica bivalvi, glumis calycinis inaequalibus ovatis, obtusiusculis membranaceis, altera majore spica duplo breviore. Fl. Dan. 167.

Nimis infesta oryzis, ubi et varietas Villarsii. Fl. Delp. 2. p. 188. perfectae occurrit.

Scirpus ovatus.

Culmo subcompresso, nudo filiformi, spica ovata terminali, nuda, floribus diandris. Moris. hist. 3. p. 233. s. 8. t. 10. f. 34.

In oryzis vulgaris, et infesta.

Scirpus acicularis.

Culmo tereti nudo setiformi, spica ovata bivalvi, seminibus nudis. Fl. Dan. 287.

Cum praecedente minus frequens.

* Scirpus lacustris.

Culmo tereti nudo, spicis ovatis pluribus pedunculatis terminalibus.

Gionco da Stoje volgare.

Ad oram lacus Verbani abundans, ubi sex-

pedalis evadit, et ultra. Varietas minor non rara in stagnis vallis Ticini.

Scirpus holoschoenus.

Culmo tereti nudo, spicis subglobosis, glomeratis, pedunculatis, pedunculo diphyllo inaequali mucronato. Fl. Dan. 454.

In pascuis subhumidis Ticini.

Scirpus supinus.

Culmo tereti nudo, spicis sessilibus, in medio culmo glomeratis.

In pascuis uliginosis *di Vinzaglio*, et *Confienza*; ad lacus *Margozzo* frequens.

Scirpus triqueter.

Culmo triquetro nudo, spicis subsessilibus, pedunculatisque mucronem aequantibus. Moris hist. 3. p. 232. s. 8. t. 10. f. 20.

In fossis humidis oryzarum *di Candia*, *Valle*, etc.

Scirpus mucronatus.

Culmo triangulo nudo acuminato, spicis conglomeratis sessilibus lateralibus. Scheuchz Gram. 404. t. 9. f. 14.

In paludosis oryzarum *di Ponzana*, *Peltrengo* etc. frequens.

Scirpus sylvaticus.

Culmo triquetro folioso, umbella foliacea, pedunculis nudis supradecompositis, spicis confertis. Fl. Dan. 307.

In fossis oryzarum frequens, etiam *alla Cunetta* huius urbis non desideratur, variat apud nos panicula umbellata divaricatissima.

Scirpus michelianus.

Culmo triquetro, capitulo globoso, involucro polyphyllo longo.

In pascuis *di Candia* versus padum frequens: Valle Sessite in circumdariis *della Balma* collegit *Carestia.*

Eriophorum. *Erioforo.*

Cor. o.: calyx paleis imbricatis: semen lana cinctum.

* Eriophorum vaginatum.

Culmis vaginatis teretibus, spica cariosa. Fl. Dan. 236.

In pratis uliginosis *di Gattico*, *di Prato* etc. frequens; alpes usque adscendit.

* Eriophorum polystachion.

Culmis teretibus, foliis planis, spicis pedunculatis. Vaill. paris. t. 16. f. 2.

In uliginosis alpium frequens.

Eriophorum angustifolium.

Culmis foliosis teretibus, foliis caniculato-triquetris, spicis pedunculatis erectis.

In uliginosis *del Piano Fariolo* ego frequentem vidi, ex *Scopa* retulit *Carestia.*

* Eriophorum alpinum.

Culmis nudis triquetris, spica pappo breviore. Fl. Dan. 620.

Ad Turlum collegit Amicus *Carestia.*

Nardus. *Nardo.*

Cal. o.: cor. 2-valvis: semen tectum.

Nardus stricta.

Spica setacea, recta secunda. Scherb. gram. 65. t. 7.

In pascuis arenosis frequens.

NARDUS ARISTATA.

Calycibus aristatis. Vill. delph. 2. p. 58. t. 2.

In pascuis sterilibus Vallis Sessitis, et Ossulae vulgaris.

DIGYNIA.

Leersia. *Leersia.*

Cal. o.: Cor. 2-valvis clausa.

LEERSIA ORYZOIDES.

Phalaris oryzoides lin.

Panicula effusa, spiculis triandris patulis, glumis carina ciliatis.

In fossis oryzarum *di Rivoltella, Valle*, et *Candia* nec rara.

Phalaris. *Falaride.*

Cal. 2-valvis, valvis carinatis aequalibus, corollam includentibus.

PHALARIS ASPERA.

Panicula mutica cylindrica spiciformi, glumis calycinis carinatis, superne gibbis, corolla bivalvi glabra.

Phleum viride all. Fl. ped.

Phleum asperum villars. Delphin 2. p. 61. t. 2. f. 4.

In sepibus *di Cerano* frequens.

PHALARIS UTRICULATA.

Panicula ovata spiciformi, glumis calycinis navicularibus, dorso dilatato, arista receptaculi glumis longiore.

In pratis siccis vulgaris.

Panicum. *Panico.*

Cal. 3-valvis, tertio dorsali minore.

PANICUM VERTICILLATUM.

Spica verticillata, racemulis quaternis, involucellis unifloris, bisetis, culmis diffusis.

In aggeribus, et fossis oryzarum infestissima, ubi variat spicis longissimis 3. 4. 6. 8. deorsum secundis, pendulis, setis etiam longitudine policis, villosis, ita ut distincta species appareat. Vulgo *Pabbio* dicitur.

PANICUM GLAUCUM.

Spica tereti, involucellis 2-floris fasciculato-pilosis, seminibus undulato-rugosis.

In arvis sabulosis versus Ticinum, Aconiam ec. frequens. Semina striis undulatis notata.

PANICUM VIRIDE.

Spica tereti-involucellis 2-floris fasciculato, pilosis, seminibus nervosis. Moris hist. 3. p. 139. s. 3. t. 4. f. 10.

In pratis. Semina glabra, rarissime cum tertia gluma observavi, quae potius in stirpibus oryzis crescentibus, quam alibi notavi.

PANICUM CRUSGALLI.

Spicis alternis, et conjugatis, spiculis subdi-

visis, glumis aristatis hispidis, rachi quinque angulari. Moris. hist. 3. p. 189. s. 8. t. 4. f. 15. 16.

In fossis oryzarum, et ipsis oryzis infesta, ubi spica pedalis evadit. Vulgo *Pabbione* appellatur.

PANICUM BURMANNI.

Spicis subquaternis remotis secundis, simplicibus, florum glumis binis, exterioribus aristatis. Ard. Spec. 2. p. 14. t. 4.

In umbrosis collium praesertim *di Romagnano*.

PANICUM HIRTELLUM.

Spica composita, spiculis adpressis alternis, calycibus geminis, valvulis omnibus arristatis, extima longissima.

Ad oras Sylvarum Ossulae.

PANICUM SANGUINALE.

Spicis digitatis basi interiore nodosis, flosculis geminis muticis, vaginis foliorum punctatis. Fl. Dan. 388.

Sanguinella Matt.

In arvis, et pascuis ubique.

PANICUM DACTYLON.

Spicis digitatis patentibus, basi interiore villosis, floribus solitariis, sarmentis repentibus. Moris. hist. 3. s. 8. t. 3. f. 4.

Nimis frequens, et cognita sub vulgari nomine *Gramegna*. A *Tritico repente* distinguenda.

Phleum. *Fleo.*

Cal. 2-valv.: truncatus, mucronatus, sessil.

PHLEUM PRATENSE.

Spica cylindrica longissima ciliata, culmo erecto. Moris. hist. 3. p. 188. s. 8. t. 4. f. 1.

In pratis siccis *dell' Arbogna*, vern. *Coda di Ratto* appellatur.

PHLEUM ALPINUM.

Spica ovato-cilindracea. Fl. Dan. 213.

Pratis subalpinis, et illis circa Novariam *alle Mura* vulgare.

PHLEUM GERARDI.

Spica subrotunda, glumis ciliatis, culmo simplici, foliorum vaginis ventricosis.

In pratis alpium *di Formazza.*

PHLEUM NODOSUM.

Spica cylindrica, culmo adscendente, foliis obliquis, radice bulbosa. Fl. Dan. 380.

In pascuis alpinis, et montanis vulgo *Coda di Topo.*

Alopecurus. *Alopecuro.*

Cal. 2-valvis, cor. 1-valvis, apice simplici.

* ALOPECURUS PRATENSIS.

Culmo spicato erecto, glumis villosis, corollis muticis.

In pratis radice perenni. *Coda di Volpe* vulgo.

ALOPECURUS AGRESTIS.

Culmo spicato erecto, glumis laevibus.

In agris, et pratis radice annua.

ALOPECURUS GENICULATUS.

Culmo spicato infracto, corollis muticis. Fl. Dan. 564.

In pratis frequens.

Milium. *Miglio.*

Cal. 2-valvis: valvulis ventricosis: corolla majoribus subaequalibus.

MILIUM EFFUSUM.

Floribus paniculatis dispersis, muticis. Moris hist. 3. s. 8. t. 5. f. 10.

In sylvis Ticini praesertim Campolati occurrit.

Agrostis. *Agrostide.*

Cal. 2-valvis: valvis acutis, corollae brevioribus.

AGROSTIS SPICAVENTI.

Petalo exteriore, arista recta stricta, longissima, panicula patula.

In agris.

AGROSTIS INTERRUPTA.

Petalo exteriore aristato, panicula attenuata, coarctata, interrupta. Vaill. 88. t. 71. f. 4.

In pascuis Ticini vulgaris.

AGROSTIS PANICEA.

Panicula subspicata, ramis, et ramulis fascicu-

latis, valvulis calycinis, alteraque corollina arista, corollina brevissima, *alopecurus paniceus*. L. SP. pl. 73.

In sabulosis *Campolati* versus *la Garbana* occurrit rara.

AGROSTIS ARUNDINACEA.

Panicula oblonga, petalo exteriore, basi villoso, aristaque torta, calyce longiore.

Secus aquaeductus vallis Ticini frequens.

AGROSTIS CALAMAGROSTIS.

Panicula incrassata, petalo exteriore toto lanato, apice aristato, culmo ramoso.

Ad torrentes collium frequens; in aquaeductibus vallis Ticini rara.

AGROSTIS SEROTINA.

Panicula flosculis oblongis, mucronatis, culmo obtecto, foliis brevissimis.

In pascuis calidioribus collium, etiam in ericetis Burgimaneri.

AGROSTIS RUBRA.

Paniculae parte florente patentissima, petalo exteriore glabro, arista terminali tortili recurva.

Pratis vallis *Arbogna* frequens.

AGROSTIS CANINA.

Calycibus elongatis, petalorum arista dorsali recurva, culmis prostratis subramosis. Fl. Dan. 161.

In pascuis *della Cunetta* vulgaris. *Arista setacea alba, flosculo duplo, longiore recta; medio notata, geniculo fusco.*

AGROSTIS ALPINA.

Foliis setaceis, panicula coarctata, calycibus hispidiusculis coloratis, petalo exteriore arista dorsali geniculata.

In summis alpibus frequens. *Glumae violaceae*.

AGROSTIS RUPESTRIS.

Foliis filiformi-setaceis, panicula patula, calycibus hispidiusculis patentibus coloratis, petalo exteriore arista dorsali geniculata, flore duplo longiore.

Rupibus montanis apricis.

AGROSTIS STOLONIFERA.

Paniculae ramulis patentibus muticis, culmo repente, calycibus aequalibus. Fl. Dan. 564.

In pascuis, et pratis.

AGROSTIS CAPILLARIS.

Panicula capillari patente, flexuosa, calycibus subulatis aequalibus, glabris, coloratis, muticis.

Valle siccida, *alla Colma* vulgaris.

AGROSTIS ALBA.

Panicula laxa, calycibus muticis aequalibus, culmo repente.

In uliginosis collium.

AGROSTIS MINIMA.

Panicula mutica filiformi. Moris. hist. 3. p. 200. s. 8. t. 20. f. 10.

In pascuis primo vere ubique.

Ajra. *Ajra.*

Cal. 2-valvis: flosculi absque rudimento tertii.

AJRA SUBSPICATA.

Foliis planis, panicula spicata, flosculis medio aristatis, arista reflexa laxiore. Fl. Dan. 228.

Pratis *Montis Rosae*, *Mori* etc. rara.

* Ajra cespitosa.

Foliis planis, panicula patente, petalis basi villosis, et aristatis, arista recta brevi.

Secus *Sessitem*, et circa *Novariam* in pascuis, et dumetis.

Ajra flexuosa.

Foliis setaceis, culmis subnudis, panicula divaricata, pedunculis flexuosis. Fl. Dan. 157.

In rupibus vallis *Sessitis* collegit *Caresia*.

Ajra montana.

Foliis setaceis, paniculo angustiata, flosculis basi pilosis aristatis, arista tortili longiore.

In apricis alpium vulgaris.

Ajra praecox.

Foliis setaceis, vaginis angulatis, floribus paniculato-spicatis, flosculis basi aristatis. Fl. Dan. 383.

In pascuis circa *Domumossulae* locis ardioribus rara.

Ajra cariophyllea.

Foliis setaceis, panicula divaricata, floribus aristatis distantibus. Fl. Dan. 382.

In viis sabulosis *Aconiae* frequens.

Melica *Melica.*

Cal. 2-*calv.*: *cor. ovata*: *valvis acutiusculis.*

Melica ciliata.

Flosculi inferioris petalo exteriore ciliato.

In rupibus alpestribus Vallis Ossulae frequens.

MELICA NUTANS.

Petalis imberbibus panicula nutante simplici. Fl. Dan. 962.

In sylvis collium, et illis *della Vesca* in valle *Arbogna* prope urbem.

MELICA UNIFLORA.

Panicula rara, calycibus bifloris, flosculo altero neutro, altero hermaphrodito. Villar. Delph. 2. p. 90. t. 3. f. 3.

In sylvis cum praecedente.

MELICA CAERULEA.

Panicula coarctata, floribus cylindricis. Fl. Dan. 239.

In sylvis sterilibus *Aconiae*.

Poa. *Poa.*

Cal. 2-valvis: cor. oblonga: valvis mucronatis.

* POA AQUATICA.

Panicula diffusa, spiculis sexfloris linearibus. Moris hist. 3. p. 201. s. 8. t. 6. f. 25.

In fossis oryzarum.

POA ALPINA.

Panicula diffusa ramosissima, spiculis sexfloris cordatis.

In pratis alpinis vulgaris.

POA LAXA.

Panicula contracta subracemosa, spiculis 3-floris, basi, et dorso pubescentibus.

Pratis alpium *di Vegezzo* rara.

POA TRIVIALIS.

Panicula subdiffusa, spiculis trifloris, basi pubescentibus, culmo erecto tereti.

In pratis siccis, et sylvis vulgaris; *panicula ramosissima, et ligula longissima distincta. Variat saepe apud nos spiculis 4-floris.*

POA PRATENSIS.

Panicula diffusa, spiculis quinquefloris glabris, culmo erecto tereti. Leers. herb. n.° 68. t. 6. f. 4.

In pratis ubique

Folia glabra ut culmus: vagina membrana brevis obtusa obtruncata.

POA ANNUA.

Panicula diffusa, angulis rectis, spiculis obtusis, culmo obliquo compresso. Host. gram. p. 46. t. 64.

Ad vias ubique.

POA ERAGROSTIS.

Panicula patente, pedicellis flexuosis, spiculis serratis decemfloris, glumis trinerviis.

In pascuis arenosis, etiam circa hanc urbem frequens.

POA RIGIDA.

Panicula lanceolata subramosa secunda, ramulis alternis secundis.

Secus verbanum in aridis.

POA COMPRESSA.

Panicula coarctata secunda, culmo obliquo compresso.

Ad Ticinum, et ericetis *Burgimaneri. Flosculi saepe seni, vel quini.*

POA NEMORALIS.

Panicula attenuata, spiculis subbifloris mucronatis scabris, culmo incurvo. Host. gram. aust. 2. p. 51. t. 71.

In umbrosis collium.

Poa bulbosa.

Panicula secunda patentiuscula spiculis 4-floris. Hist. gram. aust. p. 47. t. 65.

Pascuis Ticini vulgaris.

Poa cristata.

Panicula spicata, calycibus subpilosis subquadrifloris pedunculo longioribus, petalis aristatis. Host. gram. Aust. p. 55. t. 75.

Ajra cristata Lin. sp. pl. 2. p. 24.

Ajra valesiana All. Var.

In glareosis Ticini, et Collium.

Briza. *Briza.*

Cal. 2-valvis: cor. ovata: valvis acutiusculis.

Briza minor.

Spiculis triangulis: calyce flosculis (7) longiore. Host. gram. 2. p. 22. t. 28.

In arvis circa Novariam.

Briza media.

Spiculis ovatis; calyce flosculis (7) breviore. Fl. Dan. 258.

In pratis siccis.

Briza eragrostis.

Spiculis lanceolatis: flosculis viginti. Bar. icon. rar. t. 43.

In agris ubique, ubi cum Poa eragrostide confunditur.

Dactylis. *Dattile.*

Cal. 2-valvis, valva majore, longiore, compressa, carinata.

Dactylis glomerata.

Panicula secunda glomerata. Host. gram. Aust. p. 67. t. 94.

In cerealibus, et pratis. *Covetta* vern.

Cynosurus. *Cinosuro.*

Involucrum monophyllum laterale, flos compositus.

Cynosurus cristatus.

Bracteis pinnatifidis. Fl. Dan. 238.

In pratis.

Cynosurus echinatus.

Bracteis pinnato-paleaceis aristatis. Host. Gram. Aust. p. 67. t. 95.

In cerealibus nec rarus.

Cynosurus durus.

Spiculis secundis alternis sessilibus rigidis obtusis appressis. Host. Gram. Aust. p. 53. t. 73.

In ericetis supra Ticinum uti *a Romentino.* Ad vias frequens.

Festuca. *Festuca.*

Cal. 2-valvis: cor. oblonga: valvis mucronatis.

Festuca ovina.

Panicula secunda coaretata aristata, culmo te-

tragono nudiusculo, foliis setaceis. Host. Gram. Aust. p. 60. t. 84.

In pascuis collium, et Ticini aridis frequens.

FESTUCA RUBRA.

Panicula secunda scabra spiculis sex floris aristatis, flosculo ultimo mutico, culmo semiteriti.

In pratis alpium vulgaris.

FESTUCA PUMILA.

Panicula subaequali stricta pauciflora spiculis teretibus quadrifloris, glabris, subaristatis, foliis setaceis.

In alpibus praesertim siccidis frequens.

FESTUCA AMAETYSTINA.

Panicula flexuosa spiculis secundis inclinatis submuticis, foliis setaceis.

In pratis siccis vallis *Alboneae*, et collium frequens.

FESTUCA HETEROPHYLLA.

Foliis laxis, radicalibus setaceis, caulinis planis latioribus, panicula rara secunda, spiculis subsexfloris lanceolatis, glabris aristatis.

In summis alpibus *di Formazza* raram hanc stirpem collegi.

FESTUCA DURIUSCULA.

Panicula secunda oblonga spiculis sexfloris oblongis laevibus, foliis setaceis. Host. Gram. Aust. p. 59. t. 83.

In pratis.

FESTUCA MYURUS.

Panicula spicata, calycibus minutissimis muticis, floribus scabris, aristis longis. Host. L. C. p. 66. t. 93.

In pascuis Ticini.

Festuca spadicea.

Panicula erecta. Spiculis ovatis 4-floris; glumis accuminatis muticis, foliis setaceis glabris pungentibus. Poa Gerardi All. Fl. ped. n.° 2201.

Non frequens secus Aconiam.

* Festuca elatior.

Panicula secunda erecta: spiculis subaristatis, exterioribus teretibus Host. gram. aust. 2. p. 57. t. 79.

In pratis irriguis, et fossis oryzarum.

* Festuca fluitans.

Panicula ramosa erecta, spiculis subsessilibus teretibus muticis. Host. gram. aust. p. 55. t. 77.

Secus fossas ad aquas fluentes in oryzis.

Festuca decumbens.

Panicula erecta, spiculis subovatis muticis, calyce flosculis majore, culmo decumbente. Fl. Dan. t. 162.

Pascuis siccis s. Petri *di Mosezzo* frequens.

Bromus. *Bromo.*

Cal. 2-valvis: cor. oblonga: valvis sub apice aristatis.

* Bromus secalinus.

Panicula nutante, spiculis ovatis, compressis, glumis nudis distinctis, aristis subulatis brevioribus flexuoso-rectis.

Inter segetes collium occurrit: glumis aristatis in campis sabulosis abundat.

Bromus mollis.

Panicula erectiuscula, spicis ovatis pubescen-

tibus, aristis rectis, foliis mollissime villosis. Host. gram. Aust. 1. p. 16. t. 19.

In pratis, ubi etiam spiculis longe pedunculatis occurrit.

Bromus squarrosus.

Panicula nutante, spiculis ovatis, aristis divaricatis. Host. gram. Aust. p. 11. t. 13.

In pascuis aridis collium.

Bromus sterilis.

Panicula patula, spiculis oblongis distichis: glumis subulato-aristatis. Host. gram. Aust. t. 1. p. 13. t. 7.

Circa urbem Novariae frequens.

Bromus arvensis.

Panicula nutante: spiculis ovato-oblongis. Fl. Dan. 293.

In arvis, et campis abundat, varians spicis aristatis, et muticis.

* Bromus tectorum.

Panicula nutante, spiculis linearibus. Pluc. Alm. 174. t. 299. f. 2.

In pascuis Ticini, et Collium.

Bromus giganteus.

Panicula nutante, spiculis 4-floris aristis brevioribus. Host. gram. Aust. 1. p. 6. t. 6.

Secus aquaeductus ad vias.

Bromus gracilis.

Rocemo simplicissimo nutante, spiculis alternis, sessilibus remotis teretibus, subulatis glabris aristatis.

In nemoribus *Campolati dictis a Pozzolo* unice inveni.

Bromus dumosus. Allion. auct.

Spica nutante, spiculis ovato-oblongis subhirsutis, et aristatis.

Ad vias collium vulgaris.

Bromus pinnatus.

Culmo indiviso, spiculis alternis subsessilibus teretibus subaristatis. Host. gram. Aust. p. 18. t. 22.

In memoribus Aconiae nec rara.

Avena. *Avena.*

Cal. 2-valvis: corolla oblonga: valvis dorso arista contorta.

*Avena elatior.

Paniculata: calycibus bifloris, flosculo hermaphrodito submutico, masculo aristato. Hoss. 2. p. 36. t. 49.

In pratis pinguibus uti *a Prella*, vernacule *Vena maggiore*, o *selvatica.*

Avena fatua.

Paniculata: calycibus trifloris: flosculis omnibus aristatis, basique pilosis.

In campis circa Novariam frequens.

Avena pubescens.

Subspicata: calycibus subtrifloris, basi pilosis, foliis planis pubescentibus.

In pratis alpinis potius rara, alpibus *del Margozzo* etiam occurrit.

Avena flavescens.

Panicula laxa, calycibus trifloris brevibus, flosculis omnibus aristatis. Host. t. 3. p. 26. t. 38.

In pratis.

Avena pratensis.

Subspicata: calycibus 5-floris.

In pratis siccis, et pascuis.

Avena versicolor.

Subspicata: calycibus subquinque-floris, rachi pilosa.

Avena Scheuchzeri All. Fl. ped.

Alpibus siccidis.

Avena distichophylla.

Panicula subspicata: calycibus trifloris, flosculis basi pilosis, culmo basi ramoso, foliis distichis.

Avena disticha Lamarck. encycl.

Alpibus siccidis.

Avena spicata.

Calycibus spiculis sexfloris longioribus, petalo exteriore apice aristato, et furcato.

Avena calycina Vill. delph. 2. p. 148. t. 2. f. 9.

In summis collibus Burgimaneri.

Avena bromoides.

Subspicata: spiculis binatis, altera pedunculata, aristis divaricatis, calycibus octofloris. Scheuchz. gram. 228. t. 4. f. 21. 22.

In collibus sterilibus *di Ameno* nec rara.

Avena neglecta.

Panicula densa, spiculis subquadrifloris, glabris, petalis internis, apice 2-fidis, foliis planis pilosis mollibus. Savi Fl. pis. t. 1. f. 4.

In campis, et pratis siccis, nec rara.

Lagurus. *Laguro.*

Cal. 2-valvis villosus: cor. aristis 2. terminalibus, et 1. dorsali.

Lagurus ovatus.

Spica ovata aristata.

In collibus Verbani ego. Secus sessitem *Carestia* collegit.

Arundo. *Canna.*

Cal. 2-valvis: cor. basi lanata mutica.

✠ * Arundo donax.

Calycibus quinquefloris, panicula diffusa, culmo fruticoso. Moris. histor. 3. p. 219. s. 8. t. 8. f. 9.

Canna Montana offic.

Secus padum versus *Breme* rara occurrit.

* Arundo phragmites.

Calycibus quinque floris, panicula laxa. Leers. herb. t. 7. f. 1.

Canna pallustre Matt.

In Ticini palludosis, et oryzarum nimis infesta vernacule *Canetta.*

Arundo epigejos.

Calycibus unifloris, panicula erecta, foliis subtus glabris.

In collibus *di Ameno* secus *la Membra* collegi.

Arundo calamagrostis.

Calycibus unifloris laevibus, corollis lanuginosis, culmo ramoso. Fl. Dan. 280.

In fossis oryzarum frequens.

Arundo colorata.

Calycibus carinatis unifloris: corollis glabris, basi penicillis duobus lanuginosis; foliis planis; phalaris arundinacea. L. sp. pl. 80. Fl. Dan. 259.

Secus aquaeductus uti *la Cunetta*, *la Peltrenga* ec.

Lolium. *Loglio.*

Involucrum 1-phyllum, uniflorum: flos compositus.

Lolium perenne.

Spica mutica, spiculis compressis multifloris. Host. gram. Aust. 1. p. 20. t. 25.

Secus vias solo fertili uti circa Novariam vulgare: *Loglio selvatico.*

Lolium temulentum.

Spica aristata, spiculis compressis multifloris. Fl. Dan. 160.

Loglio Matt.

Inter segetes, ubi etiam spicis muticis occurrit. *Leuj* vernacule.

Elymus. *Elimo.*

Involucrum tetraphyllum biflorum: fllos compositus.

Elymus caninus.

Spica nutante arcta, spiculis rectis, involucro

destitutis, infimis geminis. Host. gram. aust. 2. p. 20. t. 25.

Triticum caninum Schreber.

In sylvis *della Vesca* vulgaris.

Elymus europaeus.

Spica erecta: spiculis 2-floris. involucro aequalibus.

In sylvis vallis siccidae, praesertim *a Scopello* frequens.

Hordeum. *Orzo.*

Involucrum hexaphyllum triflorum: flos simplex.

Hordeum murinum.

Flosculis lateralibus masculis aristatis, involucris intermediis ciliatis. Host. L. C. p. 25. t. 32.

In pascuis, ad muros, et ad vias. Vernacule: *Erba da cane.*

Triticum. *Grano.*

Calyx multiflorus.

✠ * Triticum repens.

Calycibus quadrifloris subulatis acuminatis: foliis planis. Host. gram. aust. p. 17. t. 21.

In pascuis, saepibus ec. vulgaris, sub triviali nomine: *Gramegna.*

Triticum tenellum.

Calycibus subquadrifloris: flosculis muticis acutis: foliis setaceis.

Collibus apricis Verbani potius rara.

TRIANDRIA TRIGYNIA.

Montia. *Montia.*

Cor. 1-petala : cal. 2-phyllus: capsula 3-valvis, 3-sperma.

Montia fontana.

Foliis oblongo-ovatis subcarnosis, pedunculis unifloris fructiferis deflexis. Fl. Dan. 131.

In campis oryzarum, ubi variat caule erecto, et prostrato.

Holosteum. *Holosteo.*

Cor. 5-petala: cal. 5-phyllus: capsula apice dehiscens.

Holosteum umbellatum.

Floribus umbellatis. Moris hist. 2. p. 546. s. 5. t. 22. f. 46.

In declivibus collium Verbani frequens.

Polycarpon. *Policarpo.*

Cor. 5-petala : cal. 5-phyllus : capsula trivalvis.

Polycarpon tetraphyllum.

Caule ramoso prostrato: foliis quaternis. Lamarck. illust. t. 51.

In rupibus inter *Pallanza*, et *Intra* frequens.



CLASSIS IV.

TETRANDRIA MONOGYNIA.



Globularia. *Globularia.*

Cor. 1-petalae irregulares: seminibus pappo nudis.

GLOBULARIA VULGARIS.

Caule herbaceo: foliis radicalibus 3-dentatis, caulinis lanceolatis. Lob. ic. p. 478.

In rupibus, et collibus Verbani lacus frequens, ubi *caule constanter folioso, et flore albo* occurrit.

GLOBULARIA CORDIFOLIA.

Caule subnudo: foliis cuneiformibus 3-cuspidatis, intermedio minimo. Lamarck. encyclop. 2. p. 723.

In subalpinis apricis, ubi vix semipolicaris observatur. In cacuminibus *del Campello* raram inveni.

Dipsacus. *Dissaco.*

Calyx communis foliaceus. Receptaculum conicum paleaceum. Semina columnaria.

Dipsacus sylvestris.

Foliis sessilibus serratis, paleis rectis. Lobel. ic. t. 18.

Secus vias ad fossas ubique.

Dipsacus laciniatus.

Foliis connatis sinvatis. Jacq. aust. t. 405.

Cum praecedente occurrit secus *Terdopio*.

Dipsacus pilosus.

Foliis petiolatis appendiculatis. Jacq. aust. 248.

Ad vias, et sepes collium, uti, *Maggiora*, *Borgomanero* etc. nec rarus.

Scabiosa. *Scabiosa.*

Calyx communis: receptaculum elevatum subpaleaceum: semina coronata involuta.

Scabiosa alpina.

Corollulis 4-fidis aequalibus, calycibus imbricatis, floribus cernuis, foliis pinnatis, foliolis lanceolatis serratis.

In collibus editioribus Verbani, et pascuis *del Margozzolo* frequens cum transylvanica non confundenda ab All. descripta t. 48. Fl. ped. a qua differt constanter calycibus, et paleis aristatis.

✠ * SCABIOSA SUCCISA.

Corollulis quadrifidis aequalibus: caule simplici, ramis approximatis, foliis lanceolato-ovatis. Fl. Dan. 279.

Morso del Diavolo. Matt.

In pratis *dell' Arbogna*, collibus, et ad muras urbis abundans, ubi maxime variat *foliis incisis, plus vel minus pilosis floribus albis, sed constanter florum capitulis tribus plus minus distantibus.*

✠ SCABIOSA ARVENSIS.

Corollulis quadrifidis radiantibus, foliis pinnatifidis incisis, caule hispido. Fl. Dan. 447.

Scabiosa minore. Matt.

In pratis siccis, uti circa urbem frequens, ubi variat, *foliis omnibus integerrimis hirsutissimis, flore albo, nec rara corollulis quinquefidis.*

SCABIOSA SYLVATICA.

Corollulis quadrifidis radiantibus: foliis omnibus indivisis: ovato-oblongis serratis, caule hispido. Iacq. Aust. t. 362.

In collibus praesertim *di Gheme, Romagnano* ec.

SCABIOSA COLUMBARIA.

Corollulis quinquefidis radiantibus, foliis radicalibus ovatis crenatis, caulinis pinnatis setaceis. Fl. Dan. 314.

In pratis siccis circa urbem.

SCABIOSA GRAMINIFOLIA.

Corollulis quinquefidis radiantibus, foliis lineari-lanceolatis integerrimis, caule herbaceo Bauh. prod. t. 127.

In rupibus *di Cima mulera* raram vidi.

SCABIOSA OCHROLEUCA.

Corollulis quinquefidis radiantibus, foliis bipinnatis linearibus.

In alpibus vallis *di Vedro*, et in Cacuminibus circa *Canobbio* collegi.

Scherardia. *Scherardia.*

Corolla tubulosa: fructus coronatus: semina tridentata.

SCHERARDIA ARVENSIS.

Foliis omnibus verticillatis, floribus terminalibus. Fl. Dan. 439.

In agris vulgaris.

SCHERARDIA MURALIS.

Foliis floralibus binis oppositis, binis floribus. Fl. ped. t. 77. f. 1.

In summis rupibus *di Fariolo* ad Graniti rubri fodinas unice vidi.

Asperula. *Asperula.*

Cor. tubulosa: fructus subglobosi.

✠ ASPERULA ODORATA.

Foliis octonis lanceolatis: florum fasciculis pedunculatis. Fl. Dan. 562.

In sylvis collium vulgaris.

ASPERULA HEXAPHYLLA.

Foliis senis linearibus: floribus umbellatis terminalibus subsessilibus. Fl. ped. t. 77. f. 3.

Ad rupes subalpinas praesertim vallis sicci-

dae, uti *al ponte della Gula* non desideratur.

✠ Asperula arvensis.

Foliis senis, floribus terminalibus sessilibus aggregatis.

In arvis *di Grinasco*, *Borgosesia*, ec. frequens, etiam *alla Bicocca* occurrit.

* Asperula taurina.

Foliis quaternis ovato-lanceolatis, floribus fasciculatis terminalibus. Lob. ic. 800.

In sylvis circa *Borgosesia* frequens, rara *a Promosello*, et *Piede mullera.*

* Asperula cynanchica.

Foliis quaternis linearibus, superioribus oppositis, caule erecto, floribus quadrifidis.

In collibus vulgaris.

Asperula laevigata.

Foliis quaternis ellipticis, obsolete nervosis: laevibus, margine glabris, fructibus scabris.

Ad Turlum versus *Macugnaga* unice collegi.

Galium. *Gaglio.*

Corolla plana: fructus subglobosi.

Galium pallustre.

Foliis quaternis obovatis inaequalibus, caulibus diffusis. Fl. Dan. 423.

Ad fossas paludosas vulgare.

Galium bocconi.

Foliis senis subasperis mucronatis, pedunculis subtrichotomis, caulibus tetragonis prostratis, basi pubescentibus. All. fl. ped. n. 24.

In paseuis siccis *di Rima*, *Rimella* fre-

quens, ubi etiam variat *foliis septennis et octonis, sed pedunculi constanter trichotomi*.

GALIUM SAXATILE.

Foliis senis obovatis obtusis, caule ramosissimo procumbente.

Alpibus siccidis circa *Alagnam* collegit *Carestia.*

✱ * GALIUM VERUM.

Foliis octonis linearibus sulcatis, ramis floriferis brevibus.

In pratis vulgatissima, ubi foliis plurimis occurrit.

* GALIUM MOLLUGO.

Foliis octonis ovato-linearibus subserratis patentissimis mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. Fl. Dan. 455.

Ad sepes, et pratis frequens. Vern.: *Gaglio bianco.*

GALIUM SYLVATICUM.

Foliis octonis laevibus, subtus scabris, floralibus binis, pedunculis capillaribus, caule laevi.

In umbrosis collium frequens.

GALIUM ARISTATUM.

Foliis octonis lanceolatis laevibus, panicula capillari, petalis aristatis, seminibus glabris.

Ad montem *Morum* nec desideratur.

GALIUM GLAUCUM.

Foliis verticillatis linearibus, pedunculis dichotomis, caule laevi. Fl. Dan. 609.

In umbrosis collium uti *in Prato* abundans.

GALIUM PURPUREUM.

Foliis verticillatis lineari setaceis, pedunculis capillaribus, folio longioribus.

In pascuis glareosis praesertim Ticini frequens.

Galium spurium.

Foliis senis lanceolatis carinatis scabris, retrorsum aculeatis, geniculis simplicibus, fructibus glabris. Vaill. paris. t. 4. f. 3.

In pascuis s. Bartholomaei huius urbis frequens.

Galium boreale.

Foliis quaternis lanceolatis trinerviis, glabris, caule erecto, seminibus hispidis.

In valle *d' Antigorio* circa *Miniera del Testone* non desideratur uti *al Margozzo.*

* Galium aparine.

Foliis octonis lanceolatis, carinis scabris retrorsum aculeatis, geniculis villosis, fructibus hispidis. Fl. Dan. 495.

In ruderatis praesertim oryzarum.

Galium parisiense.

Foliis verticillatis linearibus, pedunculis bifloris, fructibus hispidis.

Ad Ticini clivos glareosos, uti ad illos *Campolati*, et sylvis *della Bertona* hujus urbis.

Galium lucidum. All.

Foliis senis rigidis obscure viventibus, floribus e summo caule prodeuntibus. All. ped. t. 77. f. 2.

In collibus *d' Ameno* rara occurrit, ubi variat *foliis quaternis.*

Galium anglicum. Decand.

Foliis verticillatis acuminatis, margine scabris internodiis brevioribus, pedunculis oppositis in verticillis superioribus 2–vel 3–furcatis, flori-

bus albohyalinis, fructibus glabris. Decand. Fl. franc. n. 3369.

Secus vallem *della Strona* fere ubique.

Rubia. *Rubia.*

Corolla campanulata: fructus baccati.

✠ * Rubia tinctorum.

Foliis annuis caule aculeato.

Rubbia tintoria italorum.

In circumdariis urbis uti in pratis s. Bartholomaei: secus vias etiam oryzarum *d'Obbiate* occurrit.

Plantago. *Piantaggine.*

Cor. refracta: calyx quadripartitus: capsula bilocularis circumscissa.

✠ * Plantago major.

Foliis ovatis, glabris, scapo tereti, spica flosculis imbricatis. Fl. Dan. 461.

Piantaggine mezzana. Matt.

Secus vias, et pascuis vulgaris.

Plantago crassa.

Foliis obovatis, nitidis, undulatis, subcarnosis, subsessilibus, scapo interne compresso, floribus imbricatis, basi remotis. Jacq. collect. supl. t. 16.

In pascuis vallis *della Strona* prope *Luzzogno* raro occurrit.

✠ * PLANTAGO MEDIA.

Foliis ovato-lanceolatis, pubescentibus, spica cylindrica: scapo tereti.

Piantaggine maggiore. Matt.

In pascuis, et pratis siccis, ubi variat, locis sterilioribus, *foliis hirsutissimis, tomento niveo.*

✠ * PLANTAGO LANCEOLATA.

Foliis lanceolatis, spica subovata, nuda, scapo angulato.

Piantaggine longa. Matt.

In pratis ubique.

PLANTAGO ALBICANS.

Foliis lanceolatis obliquis villosis, spica cylindrica, erecta, scapo tereti.

In collibus *di Belgirate* rara.

PLANTAGO ALPINA.

Foliis linearibus planis, scapo tereti hirsuto, spica oblonga erecta.

Alpibus *Ossulae*, et *Siccidae* vulgaris.

PLANTAGO ARGENTEA. Bell.

Foliis lineari-lanceolatis pubescentibus, spica subrotunda nuda, scapo subangulato, foliis longiore. Gerard. Gall. Flor. 333. t. 12.

Ad pl. lanceolatam accedit, sed satis distincta mihi videtur. In pascuis sterilioribus non rara.

PLANTAGO SERPENTINA. All.

Foliis subulatis nudis, spica oblonga. Fl. ped. n.° 302.

In pascuis Ticini, et ericetis *di Cameri* occurrit.

Plantago coronopus.

Foliis pinnatis, foliolis pinnato-dentatis, scapo tereti. Govan Illus p. 6.

In pascuis secus *Sessitem*. Versus *Langosco* rara occurrit, ubi *foliis pinnatis* constanter crescit.

✠* Plantago psylium.

Caule ramoso herbaceo, foliis subdentatis recurvatis, capitulis aphyllis.

In cerealibus sabulosis *Lumellinae*, secus padum, et ad Ticinum.

Plantago cynops.

Caule ramoso suffruticoso, foliis filiformibus integerrimis strictis, capitulis subfoliatis. Moris hist. 3. p. 262. s. 8. t. 17. f. 1.

In Ericetis *di Borgomanero* rara.

Sanguisorba. *Sanguisorba.*

Cor. plana supera. Calyx 2-phyllus inferus: capsula 4-gona inter calycem, et corollam.

✠* Sanguisorba officinalis.

Spicis ovatis. Fl. Dan. 97.

Pimpinella maggiore Matt.

In pratis, ubi vulgo, *Olmetto* dicitur, stirpes vidi. Altitudine 6. pedum, foliis latissimis, sed caracteribus nundum diversis.

Epimedium. *Epimedio.*

Petala nectar 4-incumbentia: calix 4-phyllus: siliqua unilocularis.

Epimedium alpinum.

Foliis cordatis, obliquis, acuminatis, integerrimis, margine ciliatis, racemi solitarii laterales.

Valle Sessite, praesertim *Valle piccola* frequens.

Cornus. *Corniolo.*

Calyx 4-dentatus deciduus: drupa, nuce 2-loculari.

* Cornus mascula.

Arborea; umbellis involucrum aequantibus.

In sylvis collium, et Ticini frequens. Vulgo *Cornà.*

* Cornus sanguinea.

Ramis rectis, cymis depressis nudis. Fl. Dan. 481.

In sylvis sterilibus, etiam ad oppidum Novariae. Vernacule *Sanguignolo.*

Isnardia. *Isnardia.*

Calyx campanulatus persistens: caps. 4-locularis.

Isnardia pallustris.

Foliis oppositis obovatis, pedunculis solitariis

axillaribus, caule repente. Boccon. Mus. 105. t. 84. f. 2.

In oryzis vulgaris, uti ad verbanum.

Trapa. *Tribolo.*

Calyx 4-partitus: Nux armata spinis conicis oppositis.

✠ * Trapa natans.

Nucibus quadricornibus, spinis patentibus.

Ad lacum verbanum abundans. *Castagna acquatica* vulgo dicitur.

Alchemilla. *Alchimilla.*

Calyx 4-fidus: semen. 1. *calyce inclusum.*

✠ * Alchemilla vulgaris.

Foliis reniformibus novem lobis, acute dentatis: corymbis terminalibus.

In pascuis collium frequens, ubi varietatem hybridam *foliis subtus sericeo-pubescentibus* observavi, nec deest rara circa urbem.

Alchemilla alpina.

Foliis digitatis serratis. Fl. Dan. t. 49.

Non rara circa urbem; vulgaris in collibus.

Alchemilla pentaphillea.

Foliis quinatis multifidis glabris. Boccon. Mus. 1. p. 18. t. 1.

In summis alpibus siccidis, et Ossulae frequens.

Alchemilla aphanes.

Foliis tripartitis, lacinis trifidis pubescentibus, floribus axillaribus glomeratis monandris. Fl. Dan. 973.

In cerealibus ubique, sed in campis cretaceis *della Bicocca* ad Novariam varietatem Swartii saepe observavi.

TETRANDRIA DIGYNIA.

Cuscuta. *Cuscuta.*

Cor. 4-fida ovata: calyx 2-fidus: capsula 2-locularis circumscissa.

✠ * Cuscuta europaea.

Floribus sessilibus. Fl. Dan. 199.

In trifolio, et lino parasitica, et infesta.

TETRANDRIA TETRAGYNIA.

Ilex.

Cor. 1-petala: calyx 4-dentatus: bacca 4-sperma.

* Ilex aquifolium.

Foliis ovatis, acutis, spinosis, nitidis, undulatis, floribus axillaribus subumbellatis. Fl. Dan. 508.

Aquifolio. Matt.

Ad montem s. Caroli *d' Arona* culta, et indigena observatur, ubi *Lauro spinoso* vernacule appellatur.

Potamogeton. *Potamogeto.*

Cor. o.: calix 4-phyllus: sem. 4. sessilia.

Potamogeton natans.

Foliis natantibus petiolatis ellipticis acutis basi rotundatis subcordatis. Fl. Dan. 1025.

In aquis lente fluentibus praesertim oryzarum, ubi occurrit saepe *foliis lanceolato-ovatis, utrinque attenuatis.* Quae a Wild. p. fluitans vocatur species, non distinguenda.

Potamogeton perfoliatum.

Foliis cordatis amplexicaulibus. Fl. Dan. 196.

In fontibus, et ad lacus.

Potamogeton heterophyllum.

Foliis superioribus ellipticis petiolatis, utrinque attenuatis, inferioribus confertis sessilibus linearibus.

In oryzis uliginosis, uti *alla Torretta dei Barnabiti* vulgare.

Potamogeton densum.

Foliis ovatis acuminatis oppositis confertis, caulibus dichotomis, spica quadriflora.

In aquis mortuis Padi, et Ticini vulgare.

Potamogeton lucens.

Foliis lanceolatis planis in petiolos desinentibus. Fl. Dan. 195.

Ad verbanum vulgare.

Potamogeton crispum etc.

Foliis lanceolatis alternis, vel oppositis undulatis serratis. Lob. icon. 286. f. 2.

In fossis paludosis oryzarum.

POTAMOGETON SERRATUM.

Foliis lanceolatis oppositis subundulatis.

Cum praecedente occurrit.

POTAMOGETON PECTINATUM.

Foliis setaceis parallelis approximatis distichis.

In aquis stagnantibus Padi, et Ticini.

POTAMOGETON SETACEUM.

Foliis lanceolatis oppositis accuminatis.

Cum praecedente minus frequens nascitur.

POTAMOGETON GRAMINEUM.

Foliis lineari-lanceolatis alternis sessilibus, stipula latioribus. Fl. Dan. 222.

Secus Padum versus *Candia*.

POTAMOGETON PUSIDLUM.

Foliis linearibus oppositis, et alternis, distinctis, basi patentibus, caule tereti. Vaill. Paris, t. 32. f. 4.

In stagnis, et rivulis oryzarum.

Sagina. *Sagina.*

Cor. 4-petala: cal. 4-phyllus: caps. 4-locularis polysperma.

SAGINA PROCUMBENS.

Ramis procumbentibus. Ard. spec. 2. p. 23. t. 8.

In umbrosis d' Intra, nec desideratur circa urbem.

SAGINA APETALA.

Caule erectiusculo pubescente: floribus alternis apetalis. Ard. Spec. 22. t. 8. f. 1.

In glareosis Ticini, et ad rupes collium praesertim *di Maggiora*.

SAGINA ERECTA.

Caule erecto subunifloro. Vaill. Paris t. 3. f. 2.

In pascuis glareosis Acquiae abundat.



CLASSIS V.

PENTANDRIA MONOGYNIA.



Heliotropium. *Heliotropio.*

Cor. fauce nuda hypocrateriformis: lobis dente interjectis: semina 4.

HELIOTROPIUM EUROPAEUM.

Foliis ovatis integerrimis tomentosis rugosis, spicis conjugatis. Jacq. Aust. t. 207.

Secus viam *di Borgomanero.*

Myosotis. *Miosote.*

Cor. fauce fornicata hypocrateriformis: lobis emarginatis.

MYOSOTIS SCORPIOIDES.

seminibus laevibus, caule subsimplici, foliis lenceolatis obtusis. Fl. Dan. 583.

In pratis ubi variat foliis glabris, et scabris.

MYOSOTIS ARVENSIS.

Seminibus laevibus, caule ramoso, foliis obovato-lanceolatis hirtis. Bull. herb. t. 355.

In agris abundat.

MYOSOTIS NANA.

Seminibus laeviusculis, margine serrulatis, caule simplici paucifloro, foliisque oblongis villosis.

Alpibus praesertim siccidis frequens.

MYOSOTIS LAPPULA.

Seminibus aculeis glochidibus, foliis lanceolatis pilosis. Lam. illust. t. 91.

In ruderatis praesertim collium.

Lithospermum. *Litospermo.*

Cor. fauce nuda infundibuliformis: calyx 5–*partitus.*

* *LITHOSPERMUM OFFICINALE.

Seminibus laevibus, corollis vix calycem superantibus, foliis lanceolatis.

Ad viam *della Biandrina*, secus *la Biraga* copiose.

LITHOSPERMUM ARVENSE.

Seminibus rugosis, corollis vix calycem superantibus. Fl. Dan. 456.

In cerealibus, varians flore albo, et caeruleo. In subalpinis pumila occurrit.

LITHOSPERMUM PURPUREO-CAERULEUM.

Seminibus laevibus, corollis calycem multoties superantibus. Jacq. Austr. t. 14.

In nemoribus praesertim huius urbis loco dicto *della Vesca* frequens.

LITHOSPERMUM FRUTICOSUM.

Fruticosum, foliis linearibus hispidis, staminibus corollam aequantibus.

Inter *Premosello*, et *Vogogna* unicam inveni stirpem.

Anchusa. *Ancusa.*

Cor. fauce fornicata infundibuliformis: tubo basi prismatico.

✠ * Anchusa officinalis.

Foliis lanceolatis strigosis, spicis secundis imbricatis, calycibus quinque partitis. Fl. Dan. 572.

Buglossa volgare Matt.

Secus Padum non rara.

Anchusa italica.

Foliis lucidis strigosis, racemis bipartitis diphyllis, floribus subaequalibus fauce barbatis. Moris hist. 3. s. 11. t. 26 f. 1.

Ad colles *di Grignasco*, *Ara* etc.

Anchusa angustifolia.

Foliis oblongo-lanceolatis integris, floribus spicatis, calycibus quinquefidis. Moris hist. 3. p. 438. s. 11. t. 26. f. 4.

Secus vias, nec desideratur in circumdariis hujus urbis.

✠ * Anchusa tinctoria.

Tomentosa, foliis lanceolatis obtusis, staminibus, corolla brevioribus.

Ad viam Mediolani versus Ticinum.

Anchusa barellieri. All.

Foliis ovato-lanceolatis, axillis foliorum florigeris, racemis florum unilateralibus. Buglossum Barellieri. Fl. ped. 164. Barel. icon. 333.

In collibus *di Vergano* rara.

Cynoglossum. *Cinoglosso.*

Cor. fauce fornicata infundibuliformis: semina depressa, latere affixa.

* Cynoglossum officinale.

Staminibus corolla brevioribus, foliis lato-lanceolatis tomentosis sessilibus, laciniis calycinis oblongis. Lam. illust. t. 92. f. 1.

Cinoglossa volgare Matt.

Secus vias frequens.

Cynoglossum pictum.

Corollis calyci subaequalibus, laciniis subrotundo-dilatatis, foliis lanceolato-tomentosis, superioribus basi cordatis. Clus. hist. p. 162. f. 2.

Ad viam *di Vercelli*, et ad fossas hujus urbis non desideratur, ubi variat *corollis calyce duplo longioribus*, et *foliis incanis villosis.*

Cynoglossum omphalodes.

Foliis radicalibus ovato-cordatis, caulinis ovatis petiolatis. Moris hist. 3. p. 457. s. 11. t. 26. f. 3.

In collibus inter *Pallanza*, et *Intra* non frequens.

Pulmonaria. *Polmonaria.*

Cor. o.: fauce nuda hipocrateriformis: lobis dente interjectis.

Pulmonaria angustifolia.

Foliis radicalibus lanceolatis. Fl. Dan. 483.

In sylvis *della Vesca* hujus urbis.

✠ * Pulmonaria officinalis.

Foliis radicalibus ovato-cordatis scabris. Fl. Dan. 482.

In sylvis *della Vesca* cum praecedente non desideratur, ubi folio non maculato, collibus vero foliis maculatis etiam abundat. *Polmonaria* ab Italis vocatur.

Symphitum. *Simfito.*

Cor. fauce dentata ventricosa.

✠ * Symphitum officinale.

Foliis ovato-lanceolatis decurrentibus. Fl. Dan. 664.

Consolida Maggiore Matt.

Secus fossas, et aquaeductus vulgare, ubi etiam varietatem. Bohemicam Schmidt observavi.

Symphitum tuberosum.

Foliis semidecurrentibus, summis oppositis. Jacq. Aust. t. 225.

Ad oras sylvarum collium, et *della Vesca* hujus urbis frequens.

Cerinthe. *Cerinte.*

Cor. fauce nuda ventricosa: nuc. 2. osseae 2-loculares.

Cerinthe major.

Corollis obtusis patulis, apice ventricosis campanulatis, staminibus, corolla brevioribus. Lob. ic. 397.

In valle *di Formazza* prope *Salechio* unice inveni.

CERINTHE MINOR.

Foliis amplexicaulibus integris, corollis acutis clausis. Jacq. Aust. t. 124.

Alpibus siccidis *di Rima, Rimella* ec. frequens est. *Foliis maculatis.*

Onosma. *Onosma.*

Cor. fauce nuda, ventricosa: sem. 4.

ONOSMA ECHJOIDES.

Corollis cylindricis obtusis, fructibus erectis, foliis lanceolatis hispidis. Jacq. Aust. t. 295.

Rupibus collium *di Fara, Romagnano, Maggiora* locis apricis collegi.

Borago. *Borragine.*

Cor. fauce dentata rotata.

* BORAGO OFFICINALIS.

Foliis omnibus alternis, calycibus patentibus,

Circa Novariam praesertim ad olitoria ubique. Vernacule, *Boragia.*

Asperugo. *Asperugo.*

Cor. fauce fornicata infundibuliformi.
fructus compressus.

ASPERUGO PROCUMBENS.

Calycibus fructus compressis.

In ruderatis, et fossis pinguibus *di Borgosesia*, et *Varallo* non frequens, ad alpes usque *Sessitis*, invenit *Carestia*.

Lycopsis. *Licopsi.*

Cor. fauce fornicata infundibuliformis, tubo incurvato.

Lycopsis arvensis.

Foliis lanceolatis hispidis, calycibus florescentibus erectis. Fl. Dan. 435.

Ad vias collium, et ad viam Mediolani prope Ticinum.

Echium. *Echio.*

Cor. fauce nuda irregularis ! campanulata.

Echium plantagineum.

Foliis radicalibus ovatis, lineatis, petiolatis. Barr. ic. 145. t. 1026.

Inter portam *Mortarae*, et *Mediolani* hujus urbis unicam collegi stirpem.

Echium italicum.

Caule herbaceo piloso, foliis lineari-lanceolatis strigoso hirsutis, inferioribus nervosis, corollis subaequalibus, staminibus-corollae longioribus. Jacq. Aust. 5. Append. t. 16.

In pascuis *di Sommo*, *Zinasco*, versus padum unice.

Echium vulgare.

Caule tuberculato hispido, foliis caulinis lanceolatis, hispidis, floribus spicatis lateralibus. Fl. Dan. 445.

Ad vias glareosas frequens.

ECHIUM VIOLACEUM.

Corollis stamina aequantibus, tubo calyce breviore.

Cum praecedente ad viam *di Vercelli*, et circa urbem minus frequens; corollis violaceis observatur, sed potius varietas illius, quam diversa species mihi videtur.

Aretia. *Arezia.*

Capsula unilocularis! cor. hypocrateriformis, stigma depresso-capitatum.

ARETIA HELVETICA.

Foliis imbricatis, floribus subsessilibus. Hall. hist. tom. 1. n.° 617. t. 11.

In summis alpibus, uti ad montem *Turlum*, *Morum*, *Sempionem* abundat.

ARETIA ALPINA.

Foliis linearibus patentibus, floribus pedunculatis. Hall. hist. t. 1. n.° 618. tab. 11.

Ad montem *Rosae* collegit *Carestia.*

ARETIA VITALIANA.

Foliis linearibus recurvatis, floribus subsessilibus.

Ad montem *Morum* non procul a glacie unice collegi.

Androsace. *Androsace.*

Capsula unilocularis, cor. hypocrateriformis; fauce coarctata, stigma globosum.

Androsace villosa.

Foliis lineari-lanceolatis, margine villosis, perianthiis villosis. Jacq. collect. 1. p. 193. t. 12. f. 3.

In summis jugis *del Sempione*, prope *Gondo* minus rara.

Androsace obtusifolia.

Foliis lanceolatis, basi angustatis glabris, perianthiis angulatis pubescentibus. Fl. ped. t. 46. f. 1.

Ad nives deliquescentes *della Rosa*, *Turlo*, etc.

Androsace carnea.

Foliis subulatis glabris, umbella involucro aequante. Vill. Delph. 2. p. 477. t. 15.

Ex monte *Rosa Carestia* retulit, ad figuram Villarsii potius accedens, quam ad Willdenovii descriptionem.

Primula. *Primavera.*

Cap. 1-locularis: cor. infundibuliformis: fauce pervia: stigma globosum.

✠ * Primula veris.

Foliis rugoso-dentatis, limbo corollarum concavo, tubi collo oblongo. Fl. Dan. 433.

Ad margines sylvarum.

PRIMULA ELATIOR.

Foliis rugosis dentatis, limbo corollae plano, tubi collo hemisphaerico. Fl. Dan. 194.

In pratis circa *Varallo* frequens.

PRIMULA FARINOSA.

Foliis rugosis crenatis, glabris subtus farinosis, umbella erecta. Fl. Dan. 125.

In summis alpibus *di Cepomorello* unice inveni.

PRIMULA AURICULA.

Foliis serratis, glabris obovatis, scapo multifloro circiter longitudine foliorum. Jacq. Aust. t. 419.

Ad fissuras alpium vulgaris, ubi foliis subhirsutis variat.

PRIMULA CRENATA. Lam.

Foliis planis, glabris, obovatis, oblongis, crenulatis, margine farinosis, scapo foliis longiore multifloro. Lam. illus. t. 98. f. 3.

Ex monte *Rosa*, et *Turlo* retulit *Carestia*, ego supra *Vanzone*, et *Macugnaga* observavi.

Soldanella. *Soldanella.*

Caps. 1-*locularis*: *cor. lacera*: *stigma simplex.*

SOLDANELLA ALPINA.

Floribus nutantibus, laciniis corollae integris, vel dentatis, stylo corollae breviore, vel excedente, foliis reniformibus integerrimis.

In uliginosis alpium, uti etiam in pratis spongiosis collium *di Gattico*, et ad Lacum *Cusii*, ubi promiscue varietatem. Clusii saepe vidi.

Cyclamen. *Ciclamine.*

Caps. 1-*locularis intus pulposa*: *cor. reflexa*: *stigma acutum.*

✠ * Cyclamen europaeum.

Foliis orbiculatis cordatis, crenatis. Jacq. Aust. 5. p. 1. f. 401.

Rupibus collium uti *a Maggiora*, *Arona*, *Romagnano* etc. vernacule *Pan porcino.*

Menyanthes. *Meniante.*

Caps. 1-*locularis*: *cor. villosa*: *stigma* 2-*fidum.*

✠ * Menianthes trifoliata.

Foliis ternatis. Fl. Dan. t. 541.

Trifolio febbrino officinale.

Ad focem Ticini abundans, ubi variat foliis 4, et 5.

Hottonia. Ottonia.

Caps. 1-*locularis*: *cor. tubus infra stamina*: *stigma globosum.*

Hottonia palustris.

Pedunculis verticillato-multifloris. Fl. Dan. 487.

Ad verbanum versus *Ingera* rara.

Lysimachia. *Lisimachia.*

Caps. 1–locularis 10–valvis: cor. rotata: stigma obtusum.

✠ * Lysimachia vulgaris.
Paniculata, racemis terminalibus. Fl. Dan. 689.
Secus aquaeductus praesertim oryzis, et pratis.

Lysimachia nemorum.
Foliis ovatis acutis, floribus solitariis, caule procumbente. Fl. Dan. 174.
In dumetis irriguis circa *Varallo* minus rara.

✠ Lysimachia nummularia.
Foliis subcordatis, floribus solitariis, caule repente. Fl. Dan. 493.
In pratis frequens.

Anagallis. *Anagallide.*

Caps. 1–locularis circumscissa: cor. rotata: stigma capitatum.

✠ * Anagallis arvensis.
Foliis indivisis, caule procumbente. Fl. Dan. t. 88.
In arvis ubi saepe variat flore caeruleo, et phaeniceo.

Azalea. *Azalea.*

Caps. 5-locularis: cor. campanulata: stigma obtusum.

Azalea procumbens.

Ramis diffuso-procumbentibus. Fl. Dan. 9.

In pascuis alpium praesertim *di Scopa*, et *Rima* vulgaris.

Convolvulus. *Convolvolo.*

Caps. 2-locularis 2-sperma: corolla campanulata: stigma 2-fidum.

Convolvulus arvensis.

Foliis sagittatis, utrinque acutis, pedunculis subunifloris. Fl. Dan. 459.

In agris argillosis infesta.

* Convolvulus sepium.

Foliis sagittatis, postice truncatis, pedunculis tetragonis, subunifloris. Fl. Dan. 458.

In sepibus frequens.

Jasione. *Jasione.*

Caps. 2-locularis: involucrum 10-fidum: calyx 5-partitus: antherae basi cohaerentes.

Jasione montana.

Foliis lineari-lanceolatis, basi angustioribus, undulato crispis. Fl. Dan. t. 319.

In pascuis, et pratis siccis, ubi variat etiam flore candido.

Campanula. *Campanula.*

Caps. 2 : 5-locularis : perforata : corolla campanulata : stigma 3-fidum.

CAMPANULA COENISIA.

Caul. uniflorus, foliis ovatis, glabris integerrimis subciliatis. Fl. ped. t. 6. f. 2.

In summis jugis montis *Mori* ad locum dictum *il Ghiacciajo* unice vidi.

* CAMPANULA ROTUNDIFOLIA.

Glabra, foliis radicalibus reniformibus dentatis, caulinis linearibus integerrimis. Scop. carn. 2. n. 225. t. 4.

Ad rupes collium, et alpium communis, ubi saepe *foliis omnibus serratis* variat.

CAMPANULA LINIFOLIA.

Pubescens, foliis radicalibus obovato-subrotundis, caulinis lineari-lanceolatis, subdentatis, caule subunifloro. Fl. ped. n. 400. t. 6.

In subalpinis ubique, ad colles etiam *di Boca*, *Maggiora* etc., ubi non deest C. coespitosa Scop.

CAMPANULA RAPUNCULUS.

Foliis undulatis radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula coarctata.

Locis umbrosis ubique.

CAMPANULA PATULA.

Foliis strictis radicalibus, lanceolato-ovalibus, panicula patula. Fl. Dan. 373.

Ad Varaili Sanctuarium unice collegi.

CAMPANULA PERSICIFOLIA.

Foliis radicalibus obovatis, caulinis lanceolato-linearibus subserratis, sessilibus remotis.

In umbrosis subalpinis praesertim inter *Varallo*, et *Borgosesia* frequens.

CAMPANULA LILIFOLIA.

Foliis lanceolatis, caulinis acute serratis, floribus paniculatis nutantibus.

In circumdariis *di Varallo* collegit *Carestia.*

CAMPANULA RHOMBOJDEA.

Foliis rhombojdibus serratis, spica secunda, calycibus dentatis. Boc. mus. 75. t. 61.

In pratis subalpinis frequens, saepe monoflora.

CAMPANULA LATIFOLIA.

Caule tereti, striato, glabro, foliis ovato-lanceolatis duplicato serratis, pedunculis axillaribus, unifloris erectis, calycibus glabris. Fl. Dan. 85.

In pratis *d' Intra*, et *Pallanza* frequens.

CAMPANULA RAPUNCULOJDES.

Foliis cordato-lanceolatis, caule ramoso, floribus secundis sparsis, calycibus reflexis. Moris hist. 2. p. 460. s. 5. t. 3. f. 32.

In umbrosis collium, uti circa *Intra.*

CAMPANULA TRACHELIUM.

Caule angulato, foliis petiolatis, calycibus ciliatis, pedunculis trifidis. Fl. Dan. 1026.

Ad oras sylvarum collium.

CAMPANULA GLOMERATA.

Caule angulato simplici, glabriusculo, foliis scabris oblongo-lanceolatis, cordatis, sessilibus, capitulo glomerato. Bocc. Mus. 70. t. 58.

In circumdariis *d' Intragna* unice collegi.

CAMPANULA CERVICARIA.

Hispida, floribus sessilibus, capitulo terminali, foliis lanceolato-linearibus, undulatis. Bauh. prodr. p. 36. f. 2.

Alpibus *di Crodo*, et *Cravegna* rara.

CAMPANULA ALLIONII.

Capsulis obtectis, caule unifloro hispido, foliis lineari lanceolatis, undulatis, hispidis. Fl. ped. t. 6. f. 3.

Ad montem *Turlum Carestia*, ad *Morum* ego collegi.

CAMPANULA MEDIUM.

Capsulis 5-locularibus obtectis, caule indiviso, erecto, folioso, floribus erectis.

Inter *Pombia*, et *Vara pombia* rara occurrit.

CAMPANULA BARBATA.

Capsulis 5-locularibus obtectis, caule simplicissimo subunifolio, foliis lanceolatis, corollis barbatis. Jacq. obs. 2. p. 14. t. 37.

In pratis alpinis vulgaris, nec desideratur in collibus *di Borgosesia*, *Grignasco* ec. variat flore albo, et caule unifloro, pedali, et palmari.

CAMPANULA SPICATA.

Hispida, spica laxa, floribus alternis, foliis linearibus integerrimis. Fl. ped. t. 46. f. 2. t. 47. f. 1.

Alpibus siccidis, et Ossulae frequens.

CAMPANULA SPECULUM.

Caule ramosissimo diffuso, foliis oblongis subcrenatis, floribus solitariis, capsulis prismaticis.

In cerealibus ubique.

CAMPANULA ELATINES.

Foliis cordatis, dentatis pubescentibus petiolatis, caulibus prostratis, pedunculis capillaribus multifloris. Fl. ped. t. 7. f. 1.

Valle *di Vegezzo* prope *S. Maria* unice collegi.

Phyteuma. *Fiteuma.*

Caps. 2. 3-locularis perforata: corolla 5-partita: stigma 2. 3-fidum.

PHYTEUMA PAUCIFLORA.

Capitulo subfolioso, bracteis ovatis ciliatis, foliis omnibus lineari-lanceolatis subcrenatis.

In summis alpibus fere ubique, sed siccidis magis abundat.

PHYTEUMA SCHEUCHZERI.

Capitulo subfolioso, bracteis linearibus capitulo longioribus, foliis lanceolatis dentatis. Fl. ped. t. 39. f. 2.

In pascuis alpinis communis, nec deest in collibus *di Romagnano*, *Prato* etc. Varietatem Villarsii etiam occurrit. Magnitudine maxime variat.

PHYTEUMA HEMISPHAERICA.

Capitulo subrotundo, bracteis ovatis, foliis linearibus subintegerrimis, caule vix brevioribus.

In pascuis alpinis vulgaris.

PHYTEUMA COMOSA.

Fasciculo terminali sessili, foliis dentatis, radicalibus cordatis. Jacq. Aust. app. t. 50.

In alpibus *di Alagna* versus s. *Giuseppe Carestia*, ego ad alpes *di Rima* inveni.

Phyteuma Betonicae folia.

Spica oblonga, foliis simpliciter crenatis, radicalibus, lanceolato-cordatis, caulinis lanceolatis. Fl. Delph. 2. p. 518. t. 12. f. 3.

In subalpinis uti circa *Varallo*, *Borgosesia* etc. frequens.

Phyteuma spicata.

Spica oblonga elongata, stylis pilosiusculis trifidis, foliis radicalibus cordatis duplicato-dentatis. Fl. Dan. t. 362.

In pascuis subalpinis vulgaris, nec desideratur in pratis siccis collium.

Phyteuma ovata.

Spica ovata, stylis hirsutis, flore longioribus emarginato-2-fidis, foliis radicalibus cordatis, duplicato-dentatis.

In pratis pinguibus *di Baveno*, *di Vogogna* etc. nec rara.

Phyteuma orbicularis.

Capitulo subrotundo, foliis serratis, radicalibus cordatis. Villars. Delph. 2. p. 517. t. 12. f. 1. t. 11. f. 2. 3.

Alpibus *di Rimella*, *Rima*, *Campello* etc.

Samolus. *Samolo.*

Caps. 1-*locularis: apice* 5-*valvis: cor. hypocrateriformis: stigma capitatum. Fl. Dan.* 198.

Ad Ticini fauces unice.

Lonicera. *Lonicera.*

Bacca 2-locularis subrotunda: cor. inaequalis: stigma capitatum.

Lonicera caprifolium.
Foliis deciduis, summis connato-perfoliatis, floribus rigentibus verticillatis terminalibus. Jacq. Aust. t. 357.
In sylvis, et sepibus.

Lonicera nigra.
Pedunculis bifloris, baccis distinctis, foliis ellipticis, integerrimis. Jacq. Aust. t. 314.
In alpibus *di Scopa*, *di Rima* etc.

Lonicera xylosteum.
Pedunculis 2-floris, baccis distinctis, foliis integerrimis pubescentibus.
In sylvis Ticini, nec deest in subalpinis.

* Lonicera alpigena.
Pedunculis bifloris, baccis coadunatis didymis, foliis ovali-lanceolatis. Jacq. Aust. t. 274.
In alpibus praesertim Ossulae.

Lonicera caerulea.
Pedunculis 2-floris, baccis coadunatis globosis, stylis indivisis. Pall. ross. 1. p. 58. t. 37.
In alpibus vulgatissima.

Verbascum. *Verbasco.*

Caps. 2-locularis: cor. rotata: stigma obtusum: stamina declinata.

✠ * Verbascum thapsus.

Foliis decurrentibus, utrinque tomentosis, caule simplici. Fl. Dan. t. 631.

Verbasco primo. Matt.

Ad vias glareosas dictum, *Tasso Barbasso.*

Verbascum thapsojdes.

Foliis decurrentibus, caule ramoso.

In collibus frequens; ad vias glareosas Ticini, nec rara.

Verbascum lychnitis.

Foliis cuneiformi-oblongis. Fl. Dan. 586.

Cum praecedente observatur.

✠ Verbascum nigrum.

Foliis cordato-oblongis petiolatis.

In subalpinis frequens, nec deest secus Ticinum *alla Costa.*

Verbascum phaeniceum.

Foliis ovatis, nudis, crenatis, radicalibus, caule subnudo racemoso. Jacq. Aust. t. 125.

In ericetis Ticini ubique.

Verbascum blataria.

Foliis amplexicaulibus oblongis glabris, pedunculis solitariis.

Ad vias collium, et in alveis siccis *Aconiae, Sessitis* etc.

Datura. *Datura.*

Caps. 2-locularis 4-valvis: cor. infundibuliformis: calyx deciduus.

Datura stramonium.
Pericarpiis spinosis erectis ovatis, foliis ovatis glabris. Fl. Dan. t. 436.
Stramonio offìcin.
Ad vias vulgare.

Hyoscyamus. *Giusquiamia.*

Caps. 2-locularis operculata: cor. infundibuliformis: stygma capitatum.

✠ Hyoscyamus niger.
Foliis amplexicaulibus sinuatis, floribus sessilibus. Bull. herb. t. 95.
Hiosciamo nero. Matt.
Ad vias collium, nec rara circa urbem.

✠ Hyoscyamus albus.
Foliis petiolatis sinuatis obtusis, floribus sessilibus.
Hiosciamo bianco. Matt.
Secus Verbanum potius rara.

Atropa. *Atropa.*

Bacca 2-locularis: stamina distantia, incurvata.

✠ Atropa belladonna.

Caule herbaceo, foliis ovatis integris. Jacq. Aust. 4. t. 309.

In sylvis *d' Antrona a s. Pietro* unice vidi, vulgo *Belladonna.*

Physalis. *Fisalide.*

Bacca 2-locularis: calyce inflato, antherae approximatae.

✠ Physalis alkekengi.

Foliis geminis integris acutis, caule herbaceo inferne subramoso. Lob. ic. 262.

Ad sepes, ed dumetis frequens; vernacule *Alchechingi.*

Solanum. *Solano.*

Bacca 2-locularis: antherae biperforatae.

✠ Solanum dulcamara.

Caule inermi frutescente flexuoso, foliis superioribus hastatis, racemis cymosis. Fl. Dan. 607.

Dulcamara officin.

Ad sepes umbrosas, et ad rivulos.

✠ Solanum nigrum.

Caule inermi herbaceo, foliis ovatis dentato-angulatis; racemis distichis nutantibus. Fl. Dan. 460

In ruderatis, ubi variat foliis integerrimis, et sinvatis. Vernacule *Erba mora.*

Chironia. *Chironia.*

Caps. 2-locularis: cor. tubo urceolato: antherae defloratae spirales.

✠ Chironia centaurium.

Herbacea foliis ellipticis trinerviis, caule corymboso dichotomo, calycinis laciniis subulatis subpatulis, corollae limbo plano. Fl. Dan. 617. Centaurea minor L.

Centaurea minore. Matt.

In pascuis, ubi vulgo *Centaura minore.* vocatur.

Rhamnus. *Ramno.*

Bacca 3-locularis rotunda: cal. tubul. corollifer: petala fornicata.

✠ * Rhamnus catharticus.

Spinis terminalibus, floribus quadrifidis dioicis, foliis ovatis. Lob. icon. 181.

Ramno catartico officinale.

In sylvis, collium, et Ticini frequens.

✠ * Rhamnus frangula.

Inermis, floribus monogyniis hermaphroditis, foliis integerrimis. Fl. Dan. 278.

Frangola Matt.

In nemoribus humidis, uti *all' Arbogna* frequens, vernacule *Falsa onizza.*

Rhamnus alpinus.

Inermis: floribus diojcis, foliis ovali-lanceolatis, glanduloso-crenulatis.

In sylvis *di Formazza* ubique.

Evonimus. *Evonimo.*

Bacca capsularis lobata: cal. patens: semina baccato-arillata.

* Evonimus europaeus.

Floribus plerisque quadrifidis.

Evonimo. Matt.

In sylvis uti *alla Vesca* ubique. Foliis sessilibus nundum inveni.

Ribes. *Ribes.*

Bacca polysperma: calyx corollifer: stylus 2-fidus.

** Ribes rubrum.

Inerme, racemis glabris nutantibus, floribus planis, foliis obtuse quinque lobis, caule erecto. Duham arbr. fruit. 1. t. 1.

In alpibus. Vernacule *Ribes.*

Ribes alpinum.

Inerme, racemis erectis, bracteis flore longioribus. Jacq. Aust. t. 47.

In alpibus frequens.

✱ Ribes nigrum.

Inerme, foliis subtus punctatis, racemis laxis, floribus campanulatis, bracteis pedicellis brevioribus. Fl. Dan. 556.

A pibus d' Alagna: Carestia, ad radicem montis Crestese in Ossula ego collegi.

Ribes grossularia.

Ramis aculeatis petiolorum, ciliis pilosis, baccis hirsutis.

Ad montes vallis di Vegezzo nec rara.

Viola. *Viola.*

Caps. 1–locularis 3–valvis: cor. irregular. calcarata: cal. 2–phyllus: antherae cohaerentes.

Viola hirta.

Acaulis, foliis cordatis, piloso–hispidis. Fl. Dan. 618.

In collibus, et alpibus frequens.

Viola palustris.

Acaulis, foliis reniformibus. Fl. Dan. 83.

Locis irriguis collium, et alpium.

✱ Viola odorata.

Acaulis, foliis cordatis, stolonibus reptantibus. Fl. Dan. 309.

Viola Mammola officin.

In umbrosis fere ubique, *Viola* dicta.

Viola canina.

Caulibus adultiore adscendente, foliis oblongo–cordatis.

In collibus vulgatissima, nec deest in alpibus, ubi caule procumbente fere semper vidi.

VIOLA MONTANA.

Caulibus erectis, foliis cordatis oblongis. Moris. hist. 2. s. 5. t. 7. f. 7.

In collibus nec rara, sed *foliis constanter serratis*. Viola Ruppii all. huc. referenda.

VIOLA NUMMULARIFOLIA.

Foliis subrotundo-cordatis subcrenatis, stipulis dentatis. Fl. ped. t. 9. f. 4.

Alpibus siccidis loco dicto *alla Balma Carestia*, *al Campelio* ego abundantem vidi.

VIOLA CENISIA.

Caulibus filiformibus indivisis procumbentibus, foliis ovatis petiolatis, basi margine ciliatis, stipulis indivisis. Fl. ped. t. 22. f. 6.

In summis alpibus *di Rima*, *Rimella* ad montem *Morum*, *Crestesem* etc. abundat, ubi nundum V. Valderiam vidi.

VIOLA BIFLORA.

Caule bifloro, foliis reniformibus serratis.

In saxosis irriguis montium, nec rara.

✠ * VIOLA TRICOLOR.

Caule triquetro diffuso, foliis oblongis incisis, stipulis pinnatifidis. Fl. Dan. 623.

In arvis, ubi saepe bicolor occurrit, varietatem etiam *foliis ovato-oblongis crenatis*, *caule monofloro*. Possideo, circa urbem collectam. Vernacule *Viola del pensiero*.

VIOLA CALCARATA.

Caule abbreviato, foliis subrotundo-cordatis crenatis, stipulis subrotundis dentatis, nectariis, calyce longioribus.

In saxosis summarum alpium, praesertim *di Vedro*.

Impatiens. *Impaziente.*

Caps. 1-locularis, 5-valvis: cor. irregul. calcarata: cal. 2-phyllus: antherae cohaerentes.

IMPATIENS NOLITANGERE.

Pedunculis multifloris solitariis, foliis ovatis, geniculis caulinis tumentibus. Fl. Dan. 588.

In umbrosis collium frequens, vulgo *Beiomini.*

Hedera. *Edera.*

Bacca 5-sperma, calyx cingens fructum: stigma simplex.

✠* HEDERA HELIX.

Foliis ovatis lobatisque.

Arbores scandit, et vetustos muros, uti ad Novariae oppidum. Vernacule *Edera.*

Vitis. *Vite.*

Bacca 5-sperma, saepe marcido conata: stylus nullus.

✠* VITIS VINIFERA.

Foliis lobatis sinvatis nudis. Duham. arbr. 2. t. 1-6.

In sylvis collium nec rara. *Lambrusca* vocatur.

Illecebrum. *Illecebro.*

Caps. 1–sperma 5–valvis: calyx simplex rudis.

ILLECEBRUM VERTICILLATUM.
Floribus verticillatis nudis, caulibus procumbentibus.
In circumdariis *di Scopa*, et *Allagna* collegit *Carestia*.

Thesium. *Tesio.*

Sem. 1. coronatum: cal. staminifer.

THESIUM LINOPHYLLUM.
Panicula foliacea, foliis linearibus. Moris. hist. 3. s. 15. t. 1. f. 3.
In umbrosis collium, et montium vulgare.

THESIUM ALPINUM.
Racemo foliato, foliis linearibus.
In pratis montanis fere ubique.

Vinca. *Vinca.*

Folliculi 2–erecti: cor. hypocrateriform.: semina simplicia.

✠ VINCA MINOR.
Caule procumbente, foliis oblongo-lanceolatis, margine glabris, floribus pedunculatis. Lam. illust. t. 172. f. 2.
Vinca pervinca officin.
Ad sepes fere ubique.

Vinca major.

Caulibus declinatis, foliis ovatis junioribus, margine ciliatis, floribus pedunculatis. Lam. illust. t. 172. f. 1.

Cum praecedente non rara, sed collibus praesertim inhabitat.

PENTANDRIA DIGYNIA.

Asclepias. *Asclepiade.*

Foliiculi 2. cor. reflexa: nectariis 5-auriformibus unguiculatis.

✠ * Asclepias vincetoxicum.

Foliis ovatis acuminatis, margine tenuissime ciliatis, caule erecto, umbellis proliferis.

Vincetossico Matt. offic.

In montanis *di' Varallo*, *di Vogogna* ec. frequens. In collibus minus vulgare.

Herniaria. *Erniaria.*

Semen 1. ovatum tectum: cal. 5-partitus, filamenta 5-sterilia.

✠ Herniaria glabra.

Glabra, glomerulis multiformis. Fl. Dan. 529.

In pascuis glareosis ubique.

Herniaria hirsuta.

Hirsuta, glomerulis paucifloris.

In pascuis cretaceis uti *alla Bicocca* hujus urbis non desideratur.

Herniaria alpina.

Foliis ovatis acutis, glabris, margine ciliatis, floribus glomeratis quinquefidis hirsutis.

In montibus *d'Intrasca*, *di Canobio* etc. potius rara.

Chenopodium. *Chenopodio.*

Sem. 1. orbiculare : cal. 5-phyllus : foliolis concavis.

✤* Chenopodium bonus henricus.

Foliis triangulari-sagittatis integerrimis, spicis compositis aphyllis axillaribus. Fl. Dan. 579. *Bono Enrico* Matt.

Circa domos alpium, et collium, nec deest ad oppidum hujus urbis.

Chenopodium urbicum.

Foliis triangularibus subdentatis, racemis confertis strictissimis, cauli approximatis longissimis. Fl. Dan. 1148.

Circa domos, et ad oppidum urbis. Distinguitur foliis non pulverulentis.

Chenopodium rubrum.

Foliis cordato-triangularibus obtusiusculis dentatis, racemis erectis compositis subfoliosis, caule brevioribus. Fl. Dan. 1149.

In campis pinguibus uti circa urbem.

Chenopodium album.

Foliis rhombojdeo-triangularibus erosis, postice integris, summis oblongis, racemis erectis.

Cum praecedente crescit, varians foliis sinuatis, vel integris.

CHENOPODIUM VIRIDE.

Foliis rhombojdeis dentato-sinvatis, racemis ramosis subfoliatis. Vaill. paris. 36. t. 7. f. 4.

In ruderatis, etiam circa urbem; a praecedente distinguitur, foliis profunde sinvatis, seminibus punctatis.

CHENOPODIUM HYBRIDUM.

Foliis cordatis angulato-acuminatis, racemis ramosis nudis. Vaill. paris. 36. t. 7. f. 2.

In campis pinguibus, etiam hujus urbis nec rara.

CHENOPODIUM BOTRYS.

Foliis oblongis sinvatis, racemis nudis, multifidis.

Secus Padum in pascuis praesertim *di Breme*.

* CHENOPODIUM AMBROSIOJDES.

Foliis lanceolatis dentatis, racemis foliatis simplicibus. Moris. hist. 2. p. bos. s. 5. t. 35. f. 8.

Ad vias Mediolani, et Vercellarum abundans.

CHENOPODIUM GLAUCUM.

Foliis ovato-oblongis repandis, racemis nudis, simplicibus glomeratis. Bauh. hist. 2. t. 475.

In arvis etiam hujus urbis frequens.

CHENOPODIUM VULVARIA.

Foliis integerrimis rhombeo-ovatis, floribus conglomeratis axillaribus. Fl. Dan. 1152.

Ad muros, et rupes collium.

CHENOPODIUM POLYSPERMUM.

Foliis integerrimis ovatis, caule decumbente, cymis dichotomis aphyllis axillaribus. Moris. hist. 2. p. 599. t. 30. f. 6.

In arvis praesertim circa Novariam ubique.

Ulmus. *Olmo.*

Samera compressa: calyx monophyllus emarcescens.

✠* Ulmus campestris.

Foliis duplicato-serratis, basi inaequalibus. Fl. Dan. 631.

Vulgaris, et culta, et spontanea. Vernacule *Olmo.*

Swertia. *Sverzia.*

Caps. 1-locular. 2-valvis: cor. rotata: poris 5-nectariferis.

Swertia perennis.

Corollis 5-fidis, pedunculis tetragonis subulatis, caule indiviso, foliis radicalibus, ovalibus. Jacq. aust. t. 243.

In summis alpibus vallis *di Vedro* loco dicto *alle Casere* unice, et rara inveni.

Gentiana. *Genziana.*

Caps. 1-locular. 2-valvis: cor. tubulosa indeterminata.

✠ Gentiana lutea.

Corollis subquinquefidis rotatis verticillatis, verticillis subcymosis, calycibus spathaceis. Barr. icon. p. 2. n.° 7. ic. 65.

Genziana maggiore. Matt.

In pratis irriguis alpium frequens.

Gentiana purpurea.

Corollis subquinquefidis campanulatis, stricto-punctatis verticillatis, calycibus membranaceis spathaceis. Fl. Dan. 50.

In summis alpibus praesertim alla *Rosa* vulgaris.

Gentiana punctata.

Corollis subsexfidis campanulatis punctatissimis verticillatis, calycibus membranaceis truncatis. Jacq. Aust. 5. t. 28.

In pascuis *di Vogogna, Luzzogno, Scopa* etc. nec rara.

Gentiana asclepiadea.

Corollis 5–fidis campanulatis oppositis axillaribus subsessilibus, foliis amplexicaulibus ovato–lanceolatis. Barr. ic. 70.

In alpium vallibus, praesertim *di Macugnaga, d' Antrona, della Strona* prope *il Forno* occurrit.

Gentiana cruciata.

Corollis 4–fidis hypocrateriformibus nudis verticillatis, sessilibus, caulibus ancipitibus, basi attenuatis. Jacq. Aust. t. 372.

In pratis alpinis praesertim vallis *di Vegezzo* vulgaris, nec desideratur in illis *del Margozzo*.

Gentiana pneumonanthe.

Corollis 5–fidis campanulatis acuminatis axillaribus, pedunculatis, foliis sublinearibus obtusis. Fl. Dan. t. 269.

Valle Sessite versus *Scopa, Carestia*. In pa-

scuis *di Ara* aliisque collibus, ego abundantem vidi.

Gentiana acaulis.

Corolla 5–fida campanulata, caulem quadrangulum subaequante. Barr. ic. 47. 105. 106.

In pratis alpinis editioribus vulgatissima, adeo varians *foliis lanceolatis*, *ovatis*, *flore maximo caulem excedente*.

Gentiana verna.

Corolla 5–fida infundibuliformis, foliis ovatis acutiusculis, radicalibus patentibus, caulinis majoribus. Jacq. obs. 3. p. 19. f. 71.

In pascuis summarum alpium *di Formazza di Macugnago* etc. ubique.

Gentiana utriculosa.

Corollis quinquefidis hypocrateriformibus, calycibus carinato–alatis, foliis caulinis spathulatis. Barr. ic. 48. 122. f. 2.

In pratis subalpinis, sic ut in illis *di Ornavasso* non frequens.

Gentiana bavarica.

Corolla 5–fida infundibuliformis, foliis ovatis obtusis radicalibus confertis imbricatis, caulinis minoribus. Villars. Delph. 2. p. 527. t. 10.

Summis alpibus *di Scopa*, *di Rima* collegit *Carestia*, in illis montis *Moro*, *Turlo*, montis *Crestese* ego vidi.

Gentiana campestris.

Corollis 4–fidis hypocrateriformibus obtusis, fauce barbatis, calycinis laciniis duabus maximis. Fl. Dan. 367.

Ex monte *Rosa* retulit *Carestia*.

Gentiana glacialis.

Corollis 4-fidis hypocrateriformibus, fauce barbatis, caule interne ramoso, folioso. Jacq. Misc. t. 18. f. 3.

In editioribus jugis montis *Rosa*, et *Turlo* raia occurrit.

Eryngium. *Eringio.*

Flore capitati: receptaculum paleaceum.

5 * Eryngium campestre.

Foliis radicalibus amplexicaulibus pinnato-lanceolatis. Fl. Dan. 554.

Eringio Montano. Matt.

In pascuis sterilibus, et ad viam *della Bicocca* hujus urbis ubique.

Eryngium alpinum.

Foliis radicalibus cordatis, caulinis ternatis incisis, involucris spinoso-pinnatis ciliatis. Jacq. ic. t. 55.

In pascuis alpium praesertim in valle *del Mastalone.*

Sanicula. *Sanicula.*

Flores subumbellati abortivi: semina muricata.

* Sanicula europaea.

Foliis radicalibus simplicibus, flosculis omnibus sessilibus. Fl. Dan. 283.

In sylvis collium, et montium non rara.

Astrantia. *Astranzia.*

Flores umbellati abortivi : invol. colorata : semina rugosa.

Astrantia major.

Foliis quinque lobis, lobis trifidis. Lam. illust. t. 191. f. 1.

In subalpinis frequens, nec deest in planitie a *Lumellogno.*

Astrantia minor.

Foliis digitatis serratis. Lam. illust. t. 191. f. 2.

In collibus praesertim *di Ameno*, *Miasino* vulgaris.

Bupleurum. *Bupleuro.*

Flor. flosc. fertil. : petala involuta (plerisque folia indivisa, seu involucella petaliformia).

✠ Bupleurum rotundifolium.

Involucris universalibus nullis, foliis perfoliatis. Riv. t. 45.

Inter segetes collium *di Lesa*, et *Belgirate* occurrit.

Involucella ovata mucronata.

Bupleurum stellatum.

Involucellis coadunatis, universali triphyllo. Hall. helv. n.° 771. t. 18.

In pratis alpium ubique, altitudine maxime varians.

Bupleurum graminifolium.

Involucellis heptaphyllis, universali subtrihpyllo, foliis radicalibus linearibus, scapis monophyllis. Villars. Delph. 2. p. 575. t. 14.

In alpibus *di Allagna Carestia*, ad montem *Crestesem* ego observavi.

Bupleurum angulosum.

Involucellis penthaphyllis orbiculatis, universali triphyllo ovato, foliis radicalibus gramineis, caulinis ovato-lanceolatis amplexicaulibus.

In valle *di Vedria* supra *Varzo* ego. In circumdariis *d' Allagna* collegit *Carestia.*

Bupleurum falcatum.

Involucellis pentaphyllis acutis, universali subpentaphyllo, foliis lanceolatis, caule flexuoso. Jacq. aust. t. 158.

In cacuminibus montis *Cistella* rara.

Bupleurum caricifolium.

Involucellis 5-phyllis cuspidatis, universali monophyllo lanceolato, foliis linearibus, basi attenuatis. Villars. Delph. 2. p. 575.

In rupibus montis *Rosa* collegit amicus *Carestia*, ad montem *Cistella* mihi occurrit.

Bupleurum odontites.

Involucellis 5-phyllis acutis, universali triphyllo, flosculo centrali altiore, ramis divaricatis.

In magna Oscalae valle, in vineis, et cerealibus frequens.

Bupleurum ranunculoides.

Involucellis 5-phyllis lanceolatis longioribus, universali triphyllo, foliis caulinis lanceolatis.

In alpibus *di Scopa Rossa* etc. vulgare si-

enti in valle *di Vegezzo*. Involucelli 6. 7-phylli saepe observantur.

Bupleurum gerardi.

Caule erecto ramosissimo, foliis linearibus acuminatis, involucro pentaphyllo, involucellis pentaphyllis lineari-subulatis, umbella longioribus. Jacq. aust. 3. t. 256.

In pascuis cretaceis *della Bicocca* prope Novariam frequens.

Bupleurum junceum.

Caule erecto paniculato, foliis linearibus involucris triphyllis longitudine umbella, involucellis pentaphyllis.

In agris *di Gattico*, et *Dormeletto* rarissime.

Tordylium. *Tordilio.*

Flores radiati, fertiles: involucrum simplex: semina margine crenata.

Tordylium maximum.

Umbellis confertis radiatis, foliolis lanceolatis inciso-serratis. Jacq. aust. 142.

Ad sepes vulgare.

Caucalis. *Caucalide.*

Flores radiati abortivi: involucrum simplex: semina muricata.

Caucalis grandiflora.

Involucris singulis pentaphyllis, foliolo unico duplo majore. Jacq. aust. t. 54.

Ad vias collium, et in ericetis Ticini occurrit.

Caucalis daucojdes.

Umbellis trifidis aphyllis: umbellulis trispermis, triphyllis. Jacq. aust. t. 157.

In collium arvis frequens.

Caucalis leptophylla.

Involucro universali subnullo, umbella 2-fida, involucellis pentaphyllis. Moris. hist. 3. p. 305. s. 9. t. 14. f. 7.

In cerealibus sabulosis *di Cilavegna* rara, minus rara in illis *di Gambolò*.

Caucalis anthriscus.

Involucris polyphyllis, seminibus ovatis, stylis reflexis, foliis decompositis, foliolo extimo lineari lanceolato. Jacq. aust. t. 261.

In ruderatis communis.

Daucus. *Dauco.*

Flores radiati abortivi: involucrum pinnatum: semina hispida.

✠ * Daucus carotta.

Seminibus hispidis, petiolis subtus nervosis.

In pratis ubique. Vernacule *Carotta selvatica.*

* Daucus mauritanicus.

Seminibus hispidis, flosculo centrali, sterili, carnoso receptaculo, communi haemispherico. Fl. Ped. t. 6. f. 1.

In pratis siccis vulgaris dicta *Carotta selvatica* cum praecedente.

Ammi. *Ammi.*

Flores flosculis fertiles: involucrum pinnatum: semina gibba laevia.

* Ammi majus.

Foliis inferioribus pinnatis lanceolatis serratis, superioribus multifidis linearibus.

In arvis, et ad vias sabulosas *della Lumellina.*

Conium. *Conio.*

Flores flosculi fertiles: petala cordata: sem. gibba: costato sulcata! involucella dimidiata.

* Conium maculatum.

Seminibus striatis. Jacq. aust. t. 156.

In ruderatis, et ad vias vulgare *Cicuta* vocatur.

Selinum. *Selino.*

Flores flosculi fertiles: petala cordata: semina depressa striata.

Selinum carvifolia.

Caule sulcato acutangulo, involucro universali nullo, foliolis lanceolatis incisis, apice calloso-mucronatis. Fl. Dan. 667.

Ad radices collium *di Grignasco, di Ara,* nec raro.

SELINUM CHABRAEI.

Caule tereti striato, involucro universali nullo, vaginis foliorum laxis, foliolis filiformi-linearibus. Jacq. aust. t. 72.

In silvis collium abundans, nec desideratur in illis s. Petri *di Mosezzo.*

Athamanta. *Atamanta.*

Flores flosc. fertiles: petala cordata: semina convexa striata.

* ATHAMANTA LIBANOTIS.

Foliis bipinnatis planis, umbella hemisphaerica, seminibus hirsutis. Jacq. aust. t. 392.

In subalpinis *di Premosello*, et *al Margozzo.*

ATHAMANTA CERVARIA.

Foliolis pinnatis decussatis, inciso-angulatis, seminibus nudis. Jacq. aust. t. 69.

In collibus *di Gemme*, *Sizzano* etc. frequens.

✠ ATHAMANTA OREOSELINUM.

Foliolis divaricatis. Jacq. aust. t. 68.

In pascuis, et pratis siccis.

Peucedanum. *Peucedano.*

Flores flosculi abortivi: involucrum simplex.: semina depressa striata.

PEUCEDANUM ALSATICUM.

Foliolis pinnatifidis, lacinulis trifidis obtusiusculis. Jacq. aust. t. 70.

Circa oppidum, et ad vias *della Bicocca* hujus urbis vulgatissimum.

Laserpitium. *Laserpizio.*

Flores flosculosi abortivi: petala cordata, semina 4-alata.

✠ Laserpitium latifolium.

Foliis oblique cordatis dentatis, dentibus mucronatis, seminum alis crispis. Jacq. aust. 146.

In sylvis montanis ubique.

Laserpitium prutenicum.

Foliolis lanceolatis integerrimis, extimis coalitis. Jacq. aust. t. 153.

In nemoribus collium vulgare.

✠ Laserpitium siler.

Foliolis ovali-lanceolatis, integerrimis, petiolatis. Jacq. aust. t. 145.

Valle *di Strona* ad radices montium raro occurrit.

Laserpitium hirsutum.

Foliis supradecompositis hirsutis, foliolis multifidis, involucris polyphyllis, foliis margine membranaceis, apice ciliatis. Hall. hel. n.° 795. t. 19.

In alpibus *di Allagna Italiana* collegit *Carestia.*

Laserpitium simplex.

Scapo nudo, aphyllo simplici, foliis pinnatis, multifidis, acutis, linearibus, umbella semiglobosa. Fl. ped. t. 71.

In summitatibus *del Turlo* collegit amicus *Carestia*, ad montem Mo. um ego observavi.

Heracleum. *Eracleo.*

Flores radiati abortivi : involucrum deciduum : semina membranacea.

✠ * Heracleum sphondifolium.

Foliis pinnatis, foliolis quinis, oblongis, pinnatifidis, acutis, dentatis, corollis subunifloribus. Lob. ic. 703. f. 2.

In pratis uliginosis praesertim inter oryzas vulgare.

Heracleum elegans.

Foliolis decussive pinnatifidis, dentatis. Crant. fasc. p. 155. t. 2. f. 1.

In pratis alpinis non raro, nec deest in illis *di Baveno*, et *Piano di Fariolo.*

Ligusticum. *Ligustico.*

Flores flosculi fertiles : petala involuta : involucra membranacea.

Ligusticum aquilegifolium.

Foliis triternatis, foliolis trifidis dentatis, stylis divaricatis persistentibus. Fl. ped. 65.

In collinis *di s. Cristina, di Cressa* etc. locis umbrosis non frequens.

Ligusticum austriacum.

Foliis bipinnatis, foliolis confluentibus incisis integerrimis. Fl. ped. t. 45.

Ad radices alpium *di Rima*, *Rimella* collegit *Carestia*.

Angelica. *Angelica.*

Flores flosculi fertiles: petala planiuscula, umbellulae globosae.

✠ Angelica arcangelica.

Foliorum impari lobato.

In circumdariis *di Allagna* observavit medicus *Giordani*.

✠ Angelica sylvestris.

Foliolis aequalibus ovato-lanceolatis serratis. Jacq. aust. t. 152.

Ad aquaeductus praesertim secus la *Peltrenga* ubique.

Sium. *Sio.*

Flores flosculi fertiles: petala cordata: semina depressa striata.

Sium latifolium.

Foliis pinnatis, umbella terminali. Fl. dan. 246.

In fossis oryzarum praesertim *di Vinzaglio*, *Confienza* etc. vulgare.

Sium angustifolium.

Foliis pinnatis, umbellis axillaribus, pedunculatis, involucro universali pinnatifido. Fl. dan. 247.

Ad fontium scaturigines ubique.

Oenanthe. *Oenante.*

Flores radiati abortivi radio: involucrum simplex; semina coronata sessilia.

Oenanthe peucedanifolia.

Foliis caulinis pinnatis, radicalibus bipinnatis, foliolis linearibus.

In pratis pinguibus vallis Ticini.

Phellandrium. *Fellandro.*

Flores flosculosi sessiles: fruct. coronat.

✠ Phellandrium aquaticum.

Foliorum ramificationibus divaricatis. Lob. ic. 735.

Secus aquaeductus praesertim oryzarum.

Phellandrium mutellina.

Caule subnudo, foliis bipinnatis. Jacq. aust. 56.

In uliginosis alpium, praesertim loco dicto *alla Balma* in valle Sessite nec rara.

Aethusa. *Etusa.*

Flores subradiati fertiles, involucella dimidiata.

* Aethusa cynapium.

Foliis conformibus. Lob. ic. 280.

In sepibus, et hortis perniciosa.

Scandix. *Scandice.*

Flores radiati abortivi: fruct. oblongis.

* Scandix odorata.
Seminibus sulcatis, angulatis, odoratis. Jacq. aust. app. t. 37.
In pratis pinguibus *del Margozzolo* unicam inveni stirpem. Ad Turium collegit *Carestia.*

* Scandix pecten.
Seminibus, rostro longissimo, foliolis multifidis. Jacq. aust. t. 263.
Inter segetes ubique.

Chaerophyllum. *Cerfoglio.*

Flores flosculosi abortivi: fruct. sublobosi.

✠ * Chaerophyllum sylvestre.
Caule striato, geniculis tumidiusculis. Jacq. aust. t. 149.
In pratis alpinis abundat, nec deest in umbrosis hujus urbis.

Chaerophyllum hirsutum.
Caule aequali, foliolis incisis, acutis, fructibus biaristatis. Jacq. aust. t. 148.
In pratis prope *Crodo, valle Antigorio* unice observavi.

Imperatoria. *Imperatoria.*

Flores flosculi fertiles: umbella expansoplana.

✠ Imperatoria ostruthium.
Foliis tripartito-divisis, et subdivisis.
Ad rivulos alpium frequens, nec deest in pratis *di Baveno*, et *Pian di Fariolo.*

Seseli. *Seseli.*

Flores flosculi fertiles: umbella rigidula.

Seseli montanum.
Petiolis ramiferis membranaceis, oblongis integris, foliis caulinis angustissimis. Jacq. hor. 2. p. 59. t. 129.
In collibus *di Premosello* unice observavi.

Pastinaca. *Pastinaca.*

Flores flosc. fertiles: sem. depresso-plana.

✠ Pastinaca sativa.
Foliis simpliciter pinnatis.
In pratis humidis frequens.

Smyrnium. *Smirnio.*

Flores flosc. abortivi: sem. reniformia angulata.

Smyrnium perfoliatum.
Foliis caulinis simplicibus amplexicaulibus.
Valle *Sesia Carestia* collegit.

Carum. *Caro.*

Flores flosculi abortivi : sem. gibba striata.

✱ Carum carvi.

Caule ramoso, vaginis foliorum ventricosis, involucro partiali nullo. Jacq. aust. t. 393.

In pratis siccis collium praesertim *di Ghemme* frequens.

Pimpinella. *Pimpinella.*

Flores flosculi fertiles, umbella ante florescentiam nutante : petala cordata.

✱ Pimpinella saxifraga.

Caule striato glabro, foliis pinnatis glabris, radicalibus foliolis subrotundis argute dentatis, caulinis bipinnatis linearibus. Fl. dan. 669.

In pratis, et pascuis vulgaris.

✱ Pimpinella magna.

Foliis uniformibus pinnatis, foliolis omnibus lobatis, impari trilobo. Jacq. aust. t. 396.

In pratis irriguis alpium vulgatissima.

Pimpinella dioica.

Pumila, umbellis numerosissimis compositis simplicibusque. Jacq. aust. 1. t. 28.

Ex valle *Sesia* retulit *Carestia.*

Aegopodium. *Egopodio.*

Flores flosculosi fertiles: semina gibba striata.

* AEGOPODIUM PODAGRARIA.
Foliis caulinis summis ternalis. Fl. dan. 607.
Secus prata pinguia uti a *Prella, Isarno* etc. frequens.

PENTANDRIA TRIGYNIA.

Rhus. *Rus.*

Cor. 5-petala: bacca 1-sperma.

* RHUS COTINUS.
Foliis simplicibus obovatis. Duham Arb. 1. t. 78.
Cottino Matt. Scottano volgare.
In circumdariis *di Varallo* observavit clar. Allionius.

Viburnum. *Viburno.*

Cor. 5-fida: bacca 1-sperma.

VIBURNUM LANTANA.
Foliis cordatis, serratis, venosis, subtus tomentosis. Jacq. aust. t. 341.
In sylvis collium frequens.

* VIBURNUM OPULUS.
Foliis trilobis acuminato-dentatis, petiolis glandulosis glabris. Fl. dan. 661.

Sambuco acquatico. Matt.

In sylvis Ticini, et secus aquaeductum *la Mora* vulgaris.

Sambucus. *Sambuco.*

Cor. 5–fida : bacca 3–sperma.

✠ * Sambucus ebulus.

Cymis tripartitis, stipulis foliaceis, caule herbaceo.

Ebulo Matt.

In sylvis, et ad viam *della Biandrina* vulgaris.

✠ * Sambucus nigra.

Cymis 5–partitis, caule arboreo. Fl. dan. 545.

Ad sepes frequens, in subalpinis Ossulae varietas laciniata occurrit. Vernacule *Sambuco.*

Sambucus racemosa.

Racemis compositis ovatis, caule arboreo. Duham arb. 2. t. 66.

In alpinis praesertim vallis *d' Anzasca*, et *Formazza* non frequens.

Alsine. *Alsine.*

Cor. 5–petala : caps. unilocularis : cal. 5–phyllus : petala bifida.

✠ Alsine media.

Petalis bipartitis, foliis ovato–cordatis. Fl. dan. 525. 438.

Ubique vulgo dicta *Pavarascia.*

PENTANDRIA TETRAGYNIA.

✠ Parnassia palustris. *Parnassia.*

Cor. 5-petala: caps. 4-valvis: nectaria 5-ciliato-glandulosa. Fl. dan. 584.

In pratis spongiosis collium, frequens.

PENTANDRIA PENTAGYNIA.

Statice. *Statice.*

Cor. 5-partita: sem. 1.: calyce infundibuliformi vestitum.

Statice armeria.

Scapo simplici capitato, foliis linearibus planis obtusis. Moris. hist. p. 601. s. 15. t. 1. f. 29.

In pascuis subalpinis vulgaris altitudine varians.

Statice cephalotes.

Scapo simplici capitato, foliis oblongis planis acuminatis, basi attenuatis. Jacq. hort. t. 42.

Cum praecedente observatur praesertim in montibus editioribus.

Linum. *Lino.*

Cor. 5-petal.: caps. 10-locularis: 2-sperma.

Linum tenuifolium.

Calycibus acuminatis, foliis sparsis lineari-setaceis retrorsum scabris. Jacq. aust. t. 215.

In pascuis collium praesertim *di Boca*, et *Maggiora*.

LINUM ALPINUM.

Calycibus rotundatis obtusis, foliis linearibus acutiusculis, caulibus declinatis. Jacq. aust. t. 321.

In saxosis alpium *di Vegezzo* non raro.

LINUM AUSTRIACUM.

Calycibus rotundatis obtusis, foliis linearibus acutis rectiusculis. Jacq. aust. t. 418.

Ad montem *Rosa* collegit medicus Giordani.

✠ LINUM CATHARTICUM.

Foliis oppositis ovato-lanceolatis, caule dichotomo, corollis acutis. Barrel. ic. 1165. n.° 1.

In pascuis praesertim *di Borgosesia*, et *Varallo* frequens.

Drosera. *Drosera*.

Cor. 5-petala: caps. 1-locularis: apice dehiscens.

✠ DROSERA ROTUNDIFOLIA.

Scapis radicatis, foliis orbiculatis. Lobel. ic. 811.

In spongiosis collium, et ad Lacum Cusii vulgaris.

DROSERA LONGIFOLIA.

Scapis radicatis, foliis ovali oblongis. Barrel. ic. 251. n.° 11.

Cum praecedente crescit, minus abundans.

Crassula. *Crassula.*

Cor. 5-partita : caps. 5-polyspermae.

CRASSULA RUBENS.

Foliis fusiformibus subdepressis, cyma 4-fida foliosa, floribus sessilibus, staminibus reflexis. Decand. pl. gr. t. 55.

In arenosis collium vulgaris.

Sibbaldia. *Sibaldia.*

Cor. 5-petala : sem. 5-cal. 10-fidus.

SIBBALDIA PROCUMBENS.

Procumbens, foliis tridentatis. Fl. dan. 32.

In alpibus editioribus fere ubique.





CLASSIS VI.

HEXANDRIA MONOGYNIA.



Galanthus Nivalis.

Cor. supera 6–petala: petalis 3–interioribus, brevioribus emarginatis. Jacq. aust. 330.

In collinis vulgaris. In valle Ticini abundans.

Leucojum. *Leucojo.*

Cor. supera 6–petala campanulata: stamina aequalia.

Leucojum vernum.

Spatha uniflora, stylo clavato. Jacq. aust. 312.

In umbrosis collium, et pratis vallis Ticini.

Narcissus. *Narcisso.*

Cor. supera 6–petala: nectarium campanulatum extra stamina.

Narcissus poeticus.

Spatha uniflora, nectario rotato brevissimo, scarioso crenulato.

In pratis humidis, uti circa hanc urbem in illis *della Cunetta*. Vern. *Gionchiglia*.

Narcissus pseudonarcissus.

Spatha uniflora, nectario campanulato erecto, crispo aequante, petala ovata.

In pratis collium, praesertim ad Verbani lacum.

Allium. *Aglio.*

Cor. infera 6-petala: petala ovata sessilia.

Allium sphaerocephalon.

Caule teretifolio umbellifero, foliis semiteretibus, staminibus tricuspidatis, corolla longioribus.

Ad rupes subalpinas vallis magnae Ossulae vulgare.

Allium descendens.

Caule subteretifolio umbellifero, pedunculis exterioribus brevioribus, staminibus tricuspidatis.

In montuosis, sed *alla Colma di Varallo* vulgare.

Allium vineale.

Caule teretifolio bulbifero, staminibus tricuspidatis. Lob. ic. 156.

In arvis praesertim *della Bicocca* hujus urbis speciatim in secalinis.

Allium senescens.

Scapo nudo ancipiti, foliis linearibus, subtus convexis laevibus, umbella subrotunda, staminibus subulatis.

In alpibus *di Formazza* loco dicto *s. Lorenzo* unice collegi.

Allium angulosum.

Scapo nudo ancipiti, foliis linearibus canaliculatis, subtus subangulatis, umbella fastigiata. Jacq. aust. t. 423.

In pratis collium vulgare, abundat etiam in illis *del Boschetto* hujus urbis.

Allium ursinum.

Scapo nudo triquetro, foliis lanceolatis petiolatis, umbella fastigiata. Fl. dan. 757.

In nemoribus collium praesertim circa *Grignasco* frequens.

Allium schoenoprasum.

Scapo nudo adaequante, folia teretia subulato-filiformia.

In pratis montanis frequens. In illis montis *Rosa* specimen pulcherrime roseum collegit *Carestia*.

Lilium. *Giglio.*

Cor. infera 6-petala: petalis basi canaliculato-tubulosis.

Lilium bulbiferum.

Foliis sparsis, corollis campanulatis erectis, intus scabris. Jacq. aust. t. 226.

In rupibus montanis sole expositis frequens.

Lilium mortagon.

Foliis verticillatis, floribus reflexis, corollis revolutis. Jacq. aust. t. 351.

In rupibus montanis praesertim ad *Piè di Mullera* pulcherrime crescit.

Uvularia. *Uvularia.*

Cor. infera 6-petala: basi fovea nectarifera erecta.

Uvularia amplexifolia.

Foliis amplexicaulibus, cauleque glabris. Moris. hist. 3. p. 537. s. 13. t. 4. f. 11.

In sylvis alpium, praesertim vallis *di Bugnanco*, et *Antrona* vulgaris.

Erythronium Dens canis. *Eritronio.*

Cor. infera 6-petala reflexa: petalis basi 2-callis. Jacq. aust. app. t. 9.

In sylvis collium, et vallis Ticini. Vernacule *Dente di Cane.*

Tulipa. *Tolipano.*

Cor. infera 6-petala campanulata: stylus nullus.

Tulipa sylvestris.

Caule unifloro glabro, flore subnutante, petalis acutis, apice barbatis, foliis lanceolatis. Fl. dan. 375.

In pascuis *del Sempione* supra *Varzo* non frequens.

Ornithogalum. *Ornitogalo.*

Cor. infera 6–petala: filam. alternis: basi dilatatis.

Ornithogalum luteum.

Scapo anguloso, basi monophyllo, foliis radicalibus linearibus, pedunculis umbellatis, glabris, petalis lanceolatis.

In arvis collium ubique.

Ornithogalum minimum.

Scapo angulato nudo, pedunculis umbellatis, subramosis pubescentibus, petalis aequalibus, lanceolatis, acutis.

In secalinis campis collium cum praecedente confusum, sed varietas potius dicenda *Lutei.*

Ornithogalum umbellatum.

Corymbo paucifloro, pedunculis bracteis longioribus, filamentis subulatis. Jacq. aust. 4. t. 343.

Ornitogalo terzo. Matt.

In cerealibus ubique.

Ornithogalum pyrenaicum.

Racemo longissimo, petalis linearibus obtusis, filamentis lanceolatis aequalibus, stylo longitudine staminum.

In pratis montanis uti *al Margozzolo* non frequens.

Ornithogalum narbonense.

Racemo oblongo, filamentis lanceolatis membranaceis, pedunculis floribusque patentibus. Dodon. pempt. 222.

In summis collibus *di Maggiora*, et *Boca* potius rarum.

Scilla. *Cipolla.*

Cor. infera 6-petala decidua: filamenta filiformia.

SCILLA BIFOLIA.

Floribus racemosis, foliis lanceolato-linearibus subbinis in scapo elevatis. Fl. dan. 568.

In nemoribus *di Armeno*, *Ameno* etc. abundat, uti et valle Ticini.

Asphodelus. *Asfodillo.*

Cor. infera 6-partita: nectarii valvulis 6-staminiferis.

✠ * ASPHODELUS RAMOSUS.

Caule nudo ramoso, pedunculis alternis, bractea longioribus, foliis ensiformibus carinatis laevibus. Clus. hist. 1. p. 196. f. 2.

Locis callidioribus collium abundat, uti et ericetis Ticini.

ASPHODELUS ALBUS.

Caule nudo simplici, pedunculis confertis longitudine bractearum, foliis linearibus carinatis laevibus. Clus. hist. 1. p. 197.

In saxosis *di Scopa* collegit *Carestia*, ad montem Crestesem, et alpibus *di Quarna inferiore* ego saepe vidi; nec deest in collibus *di Maggiora.*

Anthericum. *Anterico.*

Cor. infera 6-petala plana.

Anthericum serotinum.

Foliis planiusculis, scapo unifloro.

Ad viam *del Sempione* supra *Varzo* collegi.

Anthericum ramosum.

Foliis planis, scapo ramoso, corollis planis, pistillo recto. Jacq. aust. t. 161.

In collibus, praesertim *di Maggiora.*

Anthericum liliago.

Foliis planis, scapo simplicissimo, corollis planis, pistillo declinato. Fl. dan. 616.

In sylvis collium, praesertim *di Ameno* vulgaris, ex alpibus *di Allagna* retulit quoque amicus *Carestia.*

Anthericum liliastrum.

Foliis planis, scapo simplicissimo, corollis campanulatis, staminibus declinatis.

In valle *di Antigorio,* loco dicto *Riva Alta* crescit rupibus, circa *Allagna* collegit *Carestia.*

Asparagus. *Asparago.*

Cor. infera 6-petala: bacca 6-sperma.

✠ * Asparagus officinalis.

Caule herbaceo tereti erecto, foliis setaceis, stipulis paribus.

In nemoribus, praesertim Ticini. Vulgaris dicta *Spargio.*

Convallaria. *Convallaria.*

Cor. infera 6-fida: bacca 3-sperma.

✠ * Convallaria majalis.

Scapo nudo laevi, foliis ovatis.

In sylvis collium. Vernacule *Mughette.*

Convallaria verticillata.

Foliis verticillatis. Fl. dan. t. 86.

In rupibus *di Peccetto* valle *d' Anzasca* unice collegi.

✠ * Convallaria polygonatum.

Foliis alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus subunifloris. Fl. dan. 377.

Sigillo di Salomone officin.

In sylvis montium, et collium, nec deest in illis *della Vesca* hujus urbis.

* Convallaria multiflora.

Foliis alternis amplexicaulibus, caule tereti, pedunculis axillaribus multifloris. Fl. dan. 152.

Cum praecedente crescit.

Convallaria bifolia.

Foliis cordatis, floribus tetrandris. Fl. dan. 191.

In pratis editioribus alpium communis, nec deest in umbrosis collium.

Hyacinthus. *Giacinto.*

Cor. infera 6–fida subcampanulata: stamina receptaculo inserta.

Hyacinthus non scriptus.

Corollis campanulatis sex partitis, apice revolutis.

In sylvis collium, praesertim circa Verbanum non rara.

Hyacinthus comosus.

Corollis angulato–cylindricis, summis sterilibus longius pedicellatis. Jacq. aust. t. 126.

In arvis fere ubique.

Hyacinthus botryoides.

Corollis globosis uniformibus, inferioribus remotioribus, foliis strictis linearibus, basi angustatis canaliculatis. Lob. ic. 108. t. 1.

In collibus *di Prato* frequens.

Hyacinthus racemosus.

Corollis ovatis, uniformibus confertis, summis sessilibus, foliis laxis dependentibus linearibus. Jacq. aust. t. 187.

In ericetis Ticini ubique.

Hemerocallis. *Emerocalide.*

Cor. infera 6–partita: stamina declinata.

Hemerocallis flava.

Foliis linearibus carinatis, petalis planis acutis, nervisque petalorum indivisis. Jacq. hort. t. 159.

In umbrosis vallis magnae Ossulae non frequens occurrit.

Juncus. *Giunco.*

Cal. 6-phyllus: caps. 1-locularis.

* Juncus conglomeratus.
Culmo nudo stricto, panicula laterali coarctato-capitata. Leers herb. n.° 361. t. 13. f. 1.
In uliginosis ubique.

Juncus effusus.
Culmo nudo stricto, panicula laterali effusa, floribus oblongis. Fl. dan. 1096.
Ad vias humidas ubique, varians panicula amplissima, vel minutissima accedens ad *juncum filiformem.*

Juncus glaucus.
Culmo nudo glauco, apice inflexo, panicula laterali effusa, ramis elongatis, floribus acuminatis. Fl. dan. 1159.
In pratis spongiosis *di Prato* observavi.

Juncus filiformis.
Culmo nudo, filiformi nutante, panicula laterali. Leers. herb. n.° 264. t. 13. f. 4.
In pascuis humidis, praesertim s. Petri *di Mosezzo* ubique.

Juncus trifidus.
Culmo nudo, foliis floribusque tribus terminalibus. Fl. dan. t. 107.
In pascuis alpinis vulgaris.

Juncus sqarrosus.
Culmo nudo, foliis setaceis, capitulis glomeratis aphyllis. Fl. dan. 430.

In uliginosis montanis, praesertim in pratis *del Forno*, *valle Strona* non rarus.

JUNCUS NODOSUS.

Foliis nodoso-articulatis, petalis mucronatis. Moris. hist. 3. p. 228. s. 8. t. 9. f. 15.

In oryzis vulgaris.

JUNCUS ARTICULATUS.

Culmo adscendente, foliis nodoso-articulatis, compresso-teretiusculis, panicula composita, foliolis calycinis aequalibus obtusiusculis. Fl. dan. 1097.

Ad vias oryzarum ubique.

JUNCUS SYLVATICUS.

Culmo erecto, foliis nodoso-articulatis teretibus, panicula supradecomposita, foliolis calycinis aristatis, interioribus longioribus. Moris. hist. 3. p. 327. s. 8. t. 9. f. 1.

In spongiosis vallis Ticini cum praecedente saepe occurrit.

JUNCUS BULBOSUS.

Culmo compresso indiviso, foliis linearibus canaliculatis, corymbo terminali, calycinis foliolis obtusis, capsula sobrotunda, obtusa, brevioribus. Fl. dan. 431.

In pascuis Ossulae, et Sessitis ubique, uti et ad *Piano di Fariolo*.

JUNCUS BUFONIUS.

Culmo dichotomo, foliis angulatis, floribus solitariis sessilibus. Lob. ic. 18.

In campis, et viis humidis altitudine maxime varians.

JUNCUS JACQUINI.

(Biglumis) folio subulato, capitulo subquadrifloro terminali. Jacq. aust. 3. t. 221.

In uliginosis alpium, praesertim ad *Rima* frequens. Usque ad *Piano di Fariolo* descendit.

JUNCUS TRIGLUMIS.

Foliis planis, gluma triflora terminali. Fl. dan. t. 132.

In uliginosis *della Rosa*, *Turlo*, *al Campello* potius rara.

JUNCUS PILOSUS.

Foliis planis pilosis, corymbo subsimplici, pedunculis unifloris nutantibus, calycinis foliolis, capsula brevioribus, ovatis, acutis.

In sylvis collium, et illis juxta Ticinum passim.

JUNCUS MAXIMUS.

Foliis planis pilosis, corymbo decomposito, pedunculis elongatis divaricatis subtrifloris, calycinis foliolis aristatis longitudine capsulae. Fl. dan. 441.

In pratis montis *Rosa* abundans.

JUNCUS SPADICEUS.

Foliis planis glabris, vaginis pilosis, corymbo decomposito divaricato, pedunculis subquadrifloris, calycinis foliolis mucronatis, capsula acuta brevioribus. Villars. delph. 2. p. 236. t. 6.

In pratis humidis *di Salecchio* valle *di Formazza* non infrequens.

JUNCUS LUTEUS.

Foliis planis vaginisque glabris, corymbo composito conferto, pedunculis multifloris, calycinis foliolis acutiusculis splendentibus. Villars Delph. 2. p. 235. t. 6.

Ex alpibus siccidis retulit *Carestia.*

JUNCUS NIVEUS.

Foliis planis pilosis, corymbo composito, pedunculis subquinque floris, calycinis foliolis acutis, inferioribus duplo longioribus, radice repente. Scheuch. gram. 320. t. 7. f. 7.

In umbrosis montium, et collium frequens.

JUNCUS CAMPESTRIS.

Foliis planis pilosis, spicis pedunculatis, umbellatis, intermedia sessilia, calycinis foliolis mucronatis, capsula longioribus. Leers. herb. 270. t. 13. f. 3.

In pascuis praesertim Ticini, maxime varians, *spicis sessilibus, vel longe pedunculatis, pendulis, vel rectis.*

JUNCUS SPICATUS.

Foliis planis, spica racemosa nutante. Fl. dan. 270.

Alpibus siccidis *di Scopa Carestia*, illis *di Crodo* ego frequenter vidi.

Berberis. *Berberide.*

Cor. 6-petala: cal. 6. phyllus inferus: bacca 2-sperma.

✠ * BERBERIS VULGARIS.

Pedunculis racemosis. Lam. illust. t. 253. *Crespino.* Matt.

In ericetis, praesertim Ticini ubique.

Peplis. *Peplide.*

Cal. 10-*fidus* : *caps.* 2-*locularis.*

Peplis portula.

Floribus hexandris axillaribus solitariis, foliis petiolatis subrotundo-ovatis. Fl. dan. 64.

In oryzis ubique; petala decidua sunt, variant colore albo, vel purpureo.

HEXANDRIA TRIGYNIA.

Rumex. *Romice.*

Cal. 3-*phyllus* : *cor.* 3-*petala* : *caps. basi dehiscens.*

Rumex patientia.

Floribus hermaphroditis, valvulis integerrimis, unica granifera, foliis ovato-lanceolatis.

Hippolapato. Matt.

Secus fossas, et prata spongiosa, praesertim *d' Isarno*, *folia seminalia sagittata*, *caulis sulcatus.*

Rumex nemolapathum.

Floribus hermaphroditis, valvulis linearibus, obtusis, integerrimis, graniferis, verticillis remotis, ramis patentibus, foliis inferioribus cordato-lanceolatis, superioribus lanceolatis. Lob. ic. 284.

Secus prata, et aquaeductus sicuti *la Cerana* non infrequens.

✠ * Rumex acutus.

Floribus hermaphroditis, valvulis dentatis graniferis, foliis cordato–oblongis acuminatis. Lob. ic. 284.

Oxilapato. Matt. *Slavazzo* vern.

Secus aquaeductus vulgatissimus, varians foliis radicalibus latissimis cordatis, hinc ad sequentem accedens.

Rumex obtusifolius.

Floribus hermaphroditis, valvulis dentatis graniferis, foliis cordato–oblongis, obtusiusculis, crenulatis. Lob. ic. 284.

In pinguibus, et ruderatis, praesertim collium.

Rumex pulcher.

Floribus hermaphroditis, valvulis dentatis, subunica granifera, foliis radicalibus panduriformibus. Moris. hist. 2. p. 280. s. 5. t. 27. f. 13.

In pascuis praecipue Ticini.

✠ * Rumex aquaticus.

Floribus hermaphroditis, valvulis integerrimis, nudis, foliis cordatis, glabris, acutis.

Hippolapato selvatico. Matt.

Ad ripas aquaeductuum, inter oryzas ubique.

Rumex scutatus.

Floribus hermaphroditis, foliis cordato–hastatis, caule tereti. Jacq. in rar. 1. t. 67.

Inter lapides congestos *della Fiumetta*, ad *Intra* ubique.

Rumex digynus.

Floribus hermaphroditis digynis. Fl. dan. 14.

Ad basim montis *Rosa* ubique, ex cacu-

minibus ipsius *Rosa* pusillam varietatem retulit *Carestia.*

*Rumex alpinus.

Floribus hermaphroditis sterilibus, femineisque valvulis integerrimis, nudis, foliis cordatis, obtusis, rugosis.

In pratis pinguibus alpium, nec deest in illis *del Margozzo.*

✿ *Rumex acetosa.

Floribus diojcis, foliis oblongis sagittatis. Bocc. Mus. 165. t. 126.

Oxalide. Matt.

In pascuis speciatim Ticini.

Rumex acetosella.

Floribus diojcis, foliis lanceolato-hastatis. Boc. Mus. 164. t. 26.

Oxalide minore. Matt.

In pascuis glareosis. Vern. *Lambrusca.*

Triglochin. *Triglochide.*

Cal. 3-phyl.: cor. 3-petala: caps. basi dehiscens.

Triglochin palustre.

Capsulis trilocularibus laevibus linearibus, basi attenuatis. Fl. dan. 490.

Ad lacum Verbanum versus *Sesto Calende* unice observavi.

Colchicum. *Colchico.*

Cal. spatha: cor. 6–petalojdea.

✣ * COLCHICUM AUTUMNALE.
Foliis planis lanceolatis erectis.
Colchico effemero, officin.
In pratis siccis *dell' Arbogna* ubique.

Helonias. *Elonia.*

Cal. nullus: cor. 6–petala: caps. 3–locul.

HELONIAS BOREALIS.
Foliis lineari–ensiformibus nervosis, bracteis duplicatis membranaceis. Fl. dan. 56.
In alpibus siccidis vulgatissimus.

HEXANDRIA POLYGYNIA.

Alisma. *Alisma.*

Cal. 3–phyllus: cor. 3–petala: peric. plura.

ALISMA PLANTAGO.
Foliis ovatis acutis, fructibus obtuse–trigonis. Fl. dan. 561.
Piantaggine acquatica. Matt.
In aquis stagnantibus varians foliis angustissimis.

Alisma parnassifolia.

Foliis cordatis, subrotundis, acutis, capsulis aristatis.

In paludosis alpium, uti *a Scopa*, *Luzzogno*, in valle *Strona* etc.





CLASSIS VII.

HEPTANDRIA MONOGYNIA.



Aesculus. *Ischio.*

Cal. 5-dentatus: cor. 5-petala inaequalis: caps. 3-locularis: 2-sperma.

✠ * Aesculus hippocastanum.

Foliis digitatis septenis, corollis penta-petalis patulis.

Castagna Cavallina. Matt.

Exoticam huc refero plantam, ut non omittam septimam sistematis classem, et quod veluti indigena ubique colitur sub nomine *Castagna d' India.*



CLASSIS VIII.

OCTANDRIA MONOGYNIA.



Oenothera. *Enotera.*

Cor. 4-petala: cal. 4-fidus tubulosus superus: caps. 2-locular.: antherae linearis.

Oenothera biennis.

Foliis ovato-lanceolatis planis, caule muricato villoso. Fl. dan. t. 446.

Secus *la Mora*, *il Cavo Dassi* ubique.

Epilobium. *Epilobio.*

Cor. 4-petala: cal. 4-fidus tubulosus superus: caps. 4-locul.: semina comosa.

* Epilobium angustifolium.

Foliis sparsis lineari-lanceolatis integerrimis, venosis, floribus inaequalibus. Fl. dan. t. 289.

Ad alveum Sessitis vulgare, ubi variat foliis latis.

Epilobium angustissimum.

Foliis sparsis linearibus, obsolete denticulatis, avenis, petalis aequalibus integerrimis.

Ad torrentes fere ubique.

*Epilobium hirsutum.

Foliis oppositis alternisque, subamplexicaulibus ovato-lanceolatis, serratis, glabriusculis, venis hirsutis, caule ramosissimo hirsuto. Fl. dan. 326.

Ad fossas praesertim in oryzis.

Epilobium pubescens.

Foliis oppositis alternisque, subsessilibus, lanceolatis, denticulatis, utrinque pubescentibus, caule simplici villoso. Fl. dan. 347.

Cum praecedente crescit.

Epilobium montanum.

Foliis oppositis, ovatis, dentatis. Bocc. mus. 32. t. 16.

In umbrosis montium vulgare.

Epilobium tetragonum.

Foliis lanceolatis denticulatis, imis oppositis, caule tetragono. Fl. dan. 1029.

In umbrosis, et humidis collium.

Epilobium alpinum.

Foliis oppositis ovato-lanceolatis integerrimis, siliquis sessilibus, caule repente. Fl. dan. 322.

In spongiosis alpium fere ubique.

Chlora. *Clora.*

Cor. 8-fida : cal. 8-phyl. inferus : caps. 1-locul. 2-valvis : polysperma.

Chlora perfoliata.

Foliis perfoliatis. Moris. hist. 2. s. 26. t. 5. f. 1. 2.

In collibus *di Vergano*, *Boca* etc. vulgaris.

Vaccinium. *Vaccinio.*

Cor. 1-petala : cal. 4-dentat. : superus : filamenta receptaculi bacca.

✻ * Vaccinium myrtillus.

Pedunculis unifloris, foliis serratis, ovatis, deciduis, caule angulato. Duham arbr. 2. t. 107. *Mirtillo.* Matt.

In sylvis montanis ubique. Vulgo *Lorione.*

Vaccinium uliginosum.

Pedunculis unifloris, foliis integerrimis, obovatis, obtusis, laevibus. Fl. dan. 231.

In summitatibus alpium montis *Rosa*, *Moro*, nec deest *al Sempione.*

✻ * Vaccinium vitis idaea.

Racemis terminalibus nutantibus, foliis obovatis revolutis integerrimis, subtus punctatis. Fl. dan. t. 40.

In nemoribus montanis, speciatim circa *Varallo*, *Vogogna* etc.

Erica. *Erica.*

Cor. 1-petala: cal. 4-phyl. inferus: filamenta receptaculi capsula.

* Erica vulgaris.

Antheris cristatis, stylo exserto, corollis campanulatis, calycibus duplicatis, floribus racemosis secundis, foliis oppositis sessilibus sagittatis. Fl. dan. 627.

Nimis abundans in ericetis varians flore albo, et carneo. Vernacule *Brugh.*

Erica cinerea.

Antheris cristatis, coroliis ovatis, stylo sub exserto, foliis ternis, stigmate capitato. Fl. dan. 38.

In montuosis *d' Intra*, et *Canobbio* frequens.

Erico herbacea.

Antheris muticis, exsertis, stylo exserto, corollis tubuloso-campanulatis, floribus axillaribus secundis, foliis quaternis linearibus glabris. Jacq. aust. 32.

In rupibus *di Scopa, Piè di Mulera*, et *alla Grotta Cusana d' Intra* potius rara.

Daphne. *Dafne.*

Cal. 4-fidus corollinus aequalis: stamina inclusa: drupa pulposa monosperma.

✠ * Daphne mezereum.

Floribus sessilibus ternis, caulinis, foliis lanceolatis deciduis. Fl. dan. 268.

Mezereo officin.

In nemoribus montanis, uti a *Valduggia, Intragna, Canobbio.* Vernacule *Pepe nostrano.*

DAPHNE ALPINA.

Floribus sessilibus aggregatis lateralibus, foliis lanceolatis obtusiusculis, subtus tomentosis.

In rupibus *del Senipione*, et ad montem *Gris* rara.

* DAPHNE LAUREOLA.

Racemis axillaribus quinque floris, foliis lanceolatis glabris. Jacq. aust. t. 183.

Locis cum D. Mezereo nascitur editioribus.

DAPHNE CNEORUM.

Floribus fasciculatis, terminalibus sessilibus, foliis lanceolatis, nudis, mucronatis. Duham arb. 2. t. 94.

In sylvis montanis, sed praecaeteris in illis *di Craveggia.*

Stellera. *Stellera.*

Cal. 4-fidus corollinus aequalis: stamina inclusa. Nux.

STELLERA PASSERINA.

Foliis linearibus, floribus quadrifidis.

In campis, et ericetis Ticini.

OCTANDRIA DIGYNIA.

Moeringia. *Meringia.*

Cor. 4-petala: cal. 4-phyl.: caps. 1-locularis.

Moeringia muscosa.

Foliis linearibus connatis. Scheu. alp. 503. t. 6.

In umbrosis montanis, nec deest in campis cretaceis *della Bicocca* hujus urbis.

OCTANDRIA TRIGYNIA.

Polygonum. *Poligono.*

Cor. 0.: cal. 5-partitus: sem. 1-nudum.

✠ * Polygonum bistorta.

Caule simplicissimo monostachyo, foliis ovatis in petiolum decurrentibus. Fl. dan. 421. *Bistorta offícin.*

In pratis montanis, et alpinis.

Polygonum viviparum.

Caule simplicissimo monostachyo, foliis lanceolatis. Fl. dan. 13.

Cum praecedente in alpibus.

Polygonum amphibium.

Floribus pentandris semidigynis, spica ovata. Fl. dan. t. 282.

In stagni Padi, et Ticini, sed praesertim ad lacum Cusii versus *Buscione*, ubi staminibus corolla longioribus semper observavi.

✠ *Polygonum hydropiper.

Floribus hexandris semidigynis, foliis lanceolatis, stipulis submuticis.

Hidropepe. Matt.

Secus fossas aquosas ubique.

Polygonum minus.

Floribus hexandris submonogynis, foliis lineari-lanceolatis, caule basi repente. Allion. Fl. ped. t. 67. f. 1.

Ad vias umbrosas uti extra portam s. Stephani hujus urbis.

*Polygonum persicaria.

Floribus hexandris digynis, spicis ovato-oblongis, foliis lanceolatis, stipulis ciliatis. Fl. dan. 702.

Persicaria officin.

Locis umbrosis vulgare.

✠ Polygonum aviculare.

Floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis, caule procumbente herbaceo.

In campis circa hanc urbem ubique.

Polygonum bellardi.

Floribus octandris trigynis axillaribus, ochreis ciliatis, foliis lanceolatis acutis, caule erecto. Fl. ped. t. 90. f. 2.

In arvis vulgare, distinguitur a praecedenti caule erecto.

Polygonum alpinum.

Floribus octandris trigynis, racemoso paniculatis, foliis ovato-lanceolatis, glabris, margi-

ae ciliatis, caule ramoso, geniculis barbatis. Fl. ped. t. 68. f. 1.

In pratis montanis ubique.

Polygonum fagopyrum.

Foliis cordato-sagittatis, caule erectiusculo inermi, seminum angulis aequalibus.

Colitur in agris sub nomine *di Formentone*, sed spontanea ubique observatur in collibus *di Vaprio, Cressa*, etc.

* Polygonum convolvulus.

Foliis cordatis, caule volubili angulato, floribus obtusatis. Fl. dan. 744.

In campis stirps nimis infesta.

Polygonum dumetorum.

Foliis cordatis, caule volubili laevi, floribus carinato-alatis. Fl. dan. 756.

In sylvis non infrequens.

OCTANDRIA TETRAGYNIA.

Paris. *Paride.*

Cor. 4-petala subulata: cal. 4-phyllus: bacca 4-locularis.

✠ * Paris quadrifolia.

Foliis quaternis. Fl. dan. 139.

Herba Paris officin.

In sylvis montanis, uti illis *di Varallo, alla Colma* frequens, varians foliis 3. 5.



CLASSIS IX.

ENNEANDRIA HEXAGYNIA.



Butomus umbellatus.

Cal. o.: cor. 6-petala: caps. 6-polyspermae.
Fl. dan. 604.
Giunco florido. Matt.
In oryzis vulgaris. Vernacule *Giunco fiorito.*





CLASSIS X.

DECANDRIA MONOGYNIA.



Rhododendron. *Rododendro.*

Cor. infundibul.: stam. declinata: caps. 5-locular.

RHODODENDRON FERRUGINEUM.

Foliis glabris subtus leprosis, corollis infundibuliformis. Jacq. aust. t. 255.

In sylvis alpinis ubique. Vernacule *Rate.*

RHODODENDRON HIRSUTUM.

Foliis ellipticis, acutiusculis, ciliatis, subtus punctatis, corollis infundibuliformis. Jacq. aust. 98.

In alpibus *di Varzo*, in valle *di Vedro*, *alle Casere superiori*, valle *Formazza*, et *al Campello*, valle *di Strona*, observavi.

Arbutus. *Arbuto.*

Cor. ovata: basi diaphana: bacca 5-locularis.

ARBUTUS ALPINA.

Caulibus procumbentibus, foliis rugosis serratis. Fl. dan. t. 73.

In alpibus, sed praecaeteris ad Turlum, in illis *di Carcoforo*, *di Vanzone*, etc.

✠ * Arbutus uva ursi.

Caulibus procumbentibus, foliis integerrimis. Fl. dan. 33.

In sylvis alpium, nec deest in subalpinis circa *Varallo*, *Piè di Mulera*, etc.

Pyrola. *Pirola.*

Antherae sursumbicornes: caps. 5-locularis polysperma.

✠ Pyrola rotundifolia.

Staminibus adscendentibus, pistillo declinato. Fl. dan. 110.

In dumetis umbrosis alpium.

Pyrola secunda.

Racemo unilaterali. Fl. dan. 402.

In sylvis vallis *d'Antrona* supra divum Petrum ad montem Rosam, et Morum abundans.

Pyrola uniflora.

Scapo unifloro. Fl. dan. t. 8.

Ad montem Morum, et ad Turlum versus *Macugnaga* potius rara.

DECANDRIA DIGYNIA.

Chrysosplenium. *Crisosplenio.*

Cor. o.: cal. superus: caps. 2-locularis: 2-rostris.

Chrysosplenium alternifolium.

Foliis alternis. Fl. dan. t. 366.

In umbrosis montanis, et in pratis vallis *della Strona* prope *la Fonderia del Ferro* abundans.

Saxifraga. *Sassifraga.*

Cor. 6-petala: cal. tubulosus: basi nudus: caps. 1-locularis oblonga.

Saxifraga cotyledon.

Foliis radicalibus aggregatis, lingulatis, cartilagineo-dentatis, caule paniculato folioso, calicibus glanduloso-pilosis. Fl. dan. 241.

In rupibus *del Sempione* in valle *d' Intrasca*, supra *Cossogno* non frequens.

Saxifraga aizoon.

Foliis radicalibus aggregatis, lingulatis, cartilagineo-dentatis, caule simplici racemoso folioso, calycibus glabris. Jacq. aust. 438.

Alpibus vulgaris, nec deest in subalpinis uti *Premosello*, *Piè di Mulera*, et *Varallo*.

SAXIFRAGA ANDROSACEA.

Foliis lanceolatis, obtusis pilosis, caule nudo bifloro. Jacq. aust. t. 389.

Ex monte *Rosa* retulit *Carestia*, ad montem *Moro*, et in cacuminibus *di Crodo* ego saepe observavi.

SAXIFRAGA CAESIA.

Foliis linearibus, perforato-punctatis aggregatis, recurvatis, caule multifloro. Jacq. aust. t. 374.

In rupibus vallis magnae Ossulae fere ubique, in illis *di Ailagna* observavit *Carestia*.

SAXIFRAGA SEDOJDES.

Foliis aggregatis alternis, oppositisque sublanceolatis, flore pedunculato. Fl. ped. t. 61. f. 2.

Alle Casere superiori, valle *Formazza* unice observavi.

SAXIFRAGA BRYOIDES.

Foliis lanceolatis mucronatis, margine cartilagineis ciliatis, caule nudiusculo paucifiore, calycibus obtusis. Jacq. misc. 2. p. 49. t. 5. f. 1.

In pascuis montis *Rosa*, et illis supra *Crodo* ubique.

SAXIFRAGA STELLARIS.

Foliis serratis, caule nudo ramoso, petalis acuminatis. Fl. dan. 23.

In humidis alpium, nec desideratur in pratis collium *di Ameno* etc.

SAXIFRAGA CUNEIFOLIA.

Foliis cuneiformibus obtusissimis repandis, caule nudo paniculato.

Secus vallem *di Vegezzo* non rara, in summis alpibus *di Formazza* quoque observatur.

Saxifraga oppositifolia.

Foliis caulinis ovatis, oppositis, imbricatis, summis ciliatis. Fl. dan. t. 34. Fl. ped. t. 21. f. 1. 2. 3.

In rupibus editioribus alpium vulgaris, praesertim valle *Formazza*.

Saxifraga aspera.

Foliis caulinis lanceolatis, alternis ciliatis, caulibus procumbentibus. Jacq. aust. t. 31. append.

Inter saxa irrigua alpium vulgaris.

Saxifraga autumnalis.

Foliis caulinis linearibus, alternis, ciliatis, radicalibus aggregatis. Moris. hist. 3. p. 477. s. 12. t. 8. f. 6.

In irriguis montanis ubique, nec deest in collibus *di Romagnano*.

Saxifraga rotundifolia.

Foliis caulinis reniformibus dentatis, petiolatis, caule paniculato.

In vallibus fere ubique, sed praesertim secus vallem *d' Antrona*, et *di Vegezzo*.

* Saxifraga granulata.

Foliis caulinis reniformibus lobatis, caule ramoso, radice granulata. Fl. dan. 514.

In pascuis, et pratis siccis circa Novariam, caule saepissime simplici.

Saxifraga tridactylites.

Foliis caulinis cuneiformibus trifidis, alternis, caule erecto ramoso.

In collibus sterilibus *di Romagnano*, loco dicto *al Monte*, unice collegi.

Saxifraga caespitosa.

Foliis radicalibus aggregatis, linearibus obtusis trifidis incisis, caule erecto, submultifloro, petalis calyce duplo longioribus. Fl. dan. 71.

In rupibus alpium vallis Sessitis ubique.

Saxifraga hypnoides.

Foliis caulinis linearibus, integris, vel trifidis, stolonibus procumbentibus, caule erecto nudiusculo. Fl. dan. 348.

Cum praecedente crescit.

Scleranthus. *Scleranto.*

Cor. o.: cal. 5-fidus inferus: sem. 2.

Scleranthus annuus.

Calycibus fructus patulis. Fl. dan. 504.

In arvis argillosis.

* Scleranthus perennis.

Calycibus fructus clausis. Fl. dan. t. 563.

In pascuis arenosis, nec deest ad publicum ambulacrum *all' Allea* hujus urbis.

Gypsophilla. *Gipsofilla.*

Cor. 5-petala: cal. 5-partitus campanulatus: caps. 1-locularis globosa.

Gypsophilla repens.

Foliis lanceolatis, staminibus corolla emarginata brevioribus. Jacq. aust. 5. t. 407.

Ad montem *Rosa* collegit *Carestia.*

GYPSOPHILLA PROSTRATA.

Foliis lanceolatis laevibus, caulibus diffusis, pistillis corolla campanulata longioribus.

Ad rupes vallis Sessitis supra *Scopa* collegit amicus *Carestia.*

GYPSOPHILLA MURALIS.

Foliis linearibus planis, calycibus aphyllis, caule dichotomo, petalis crenatis.

In cerealibus, locis argillosis.

GYPSOPHILLA FASTIGIATA.

Foliis lanceolato-linearibus, obsolete triquetris laevibus, obtusis secundis.

In summis rupibus vallis *Formazza alle Casere superiori* unice occurrit.

GYPSOYHILLA SAXIFRAGA.

Foliis linearibus, calycibus angulatis, squamis quatuor, corollis emarginatis. Barr. ic. 64. t. 998.

In pascuis glareosis Ticini, et Aconiae vulgaris.

Saponaria. *Saponaria.*

Cor. 6-petala : cal. 5-partitus : caps. 1-locularis : 2-rostris.

✠ * SAPONARIA OFFICINALIS.

Calycibus cylindricis, foliis ovato-lanceolatis. Fl. dan. t. 543.

Saponaria officin.

Ad aquaeductus ubique.

SAPONARIA VACCARIA.

Calycibus pyramidatis, quinque angularibus, foliis ovatis, acuminatis, sessilibus.

In campis *di Pallanza*, et *Suna* frequens, in valle *Formazza* quoque observavi.

SAPONARIA OCYMOIDES.

Calycibus cylindricis villosis, caulibus dichotomis procumbentibus. Jacq. aust. ap. t. 23.

In rupibus collium, et in subalpinis.

SAPONARIA LUTEA.

Calycibus teretibus, cauleque hirtis, petalis obovatis integerrimis, floribus corymbosis, foliis lineari-lanceolatis canaliculatis. Fl. ped. t. 23. f. 2.

Ad montem Turlum collegit *Carestia*.

Dianthus. *Garofano.*

Cor. 5-petala: cal. tubulosus: basi squamosus: caps. 1-locularis oblonga.

DIANTHUS CARTHUSIANORUM.

Floribus subaggregatis, squamis calycinis ovatis aristatis, tubo brevioribus, involucro oblongo aristato, capitulo breviore, foliis linearibus trinerviis.

In collinis praesertim frequens.

DIANTHUS ATRO-RUBENS.

Floribus aggregatis capitatis, squamis calicynis ovatis aristatis, tubo brevioribus, involucro ovato aristato longitudine capituli, foliis lineari-lanceolatis enerviis. Jacq. ic. rar. t. 467.

Ad oras sylvarum in collibus ubique, nec deest in Ticini ericetis.

DIANTHUS ARMERIA.

Floribus aggregatis fasciculatis, squamis calycinis lanceolatis villosis, tubum aequantibus. Fl. dan. 230.

Non desideratur ad vias collium, sed abundat maxime secus Padum.

DIANTHUS PROLIFER.

Floribus aggregatis capitatis, squamis calycinis ovatis, obtusis, muticis, tubum superantibus. Fl. dan. 221.

In pascuis glareosis ubique.

✠ DIANTHUS CARYOPHYLLUS.

Floribus solitariis, squamis calycinis ovatis, acutis, brevissimis, petalis crenatis imberbibus.

In montanis frequens. Vernacule *Garofano.*

DIANTHUS PLUMARIUS.

Floribus solitariis, squamis calycinis subovatis brevissimis obtusissimis, muticis, corollis multifidis.

In sylvis collium *di Maggiora*, *di Ameno*, et in illis *della Vesca* hujus urbis.

DIANTHUS SUPERBUS.

Floribus solitariis paniculatis, squamis calycinis brevissimis acuminatis, petalis multifido-capillaribus, caule erecto. Fl. dan. 578.

Ad montem *Turlo* observavit medicus *Giordani.*

DIANTHUS VIRGINEUS.

Floribus solitariis, caulibus paucifloris, squamis calycinis brevissimis, obtusissimis, binis, petalis crenatis. Jacq. app. t. 15.

In pascuis Sessitis praesertim in valle *del Mastalone* non rara.

Dianthus alpinus.

Caule unifloro, petalis crenatis, squamis calycinis exterioribus, foliaceis, tubum subaequantibus. Jacq. aust. t. 52.

In cacuminibus *del Campello* unice observavi.

DECANDRIA TRIGYNIA.

Cucubalus. *Cucubalo.*

Caps. 3-locularis: petala 2-fida: fauce nuda.

* Cucubalus behen.

Calycibus subglobosis glabris reticulato-venosis, capsulis trilocularibus, corollis subnudis. *Behen bianco* officin.

In pratis ubique.

Cucubalus italicus.

Petalis semibifidis, calycibus calvatis, panicula dichotoma, erecta, genitalibus declinatis, caule erecto. Jacq. obs. t. 79.

In collibus Verbani, praesertim illis *di Mejna* non frequens.

Cucubalus otites.

Petalis linearibus indivisis, undulatis, glabris, floribus diojcis, pedunculis glabris, caule paniculato. Fl. dan. 518.

In montuosis *della Colma* uti, et secus *la Tosa* ad Domum Ossulae.

Silene. *Silene.*

Caps. 3-locularis : petala 2-fida : fauce coronata.

Silene nutans.

Petalis 2-fidis, floribus lateralibus secundis cernuis, panicula nutante. Fl. dan. t. 242.

In pratis siccis vulgaris.

Silene baccifera.

Calycibus fructiferis, cernuis inflatis laevibus, capsulis coloratis, ramis divaricatis.

In sepibus vulgaris.

Silene armeria.

Floribus fasciculatis fastigiatis, foliis superioribus cordatis glabris, petalis integris. Fl. dan. 559.

Secus *l'Arbogna*, et in glareosis Ticini non rara.

Silene alpestris.

Petalis quadridentatis, caule dichotomo, capsulis ovato-oblongis, foliis lineari lanceolatis, glabris erectis, pedunculis viscidis. Jacq. aust. t. 96.

In glareosis subalpinis, uti *ad Intra* vulgaris.

Silene rupestris.

Floribus erectis, petalis emarginatis, calycibus teretibus, foliis lanceolatis. Fl. dan. 4.

In rupibus montium, sicuti *alla Gandoja*, *alla Colma.*

Silene saxifraga.

Caulibus subunifloris, pedunculis longitudine

caulis, foliis glabris, floribus hermaphroditis femineisque petalis bifidis.

In apricis alpium, sed frequens in rupibus *di Intra*.

SILENE ACAULIS.

Acaulis depressa, petalis emarginatis. Fl. dan. 21. Fl. ped. t. 79. f. 1.

In summis jugis alpium praesertim ad montem Morum.

Stellaria. *Stellaria*.

Caps. 1–locular. petala 2–partita: patentia.

STELLARIA NEMORUM.

Foliis cordatis petiolatis, panicula pedunculis ramosis. Fl. dan. 271.

Ad montium radices vulgaris, nec deest in sylvis *della Vesca* hujus urbis.

STELLARIA HOLOSTEA.

Foliis lanceolatis serrulatis, petalis bifidis. Fl. dan. 698.

In nemoribus, et sepibus.

STELLARIA GRAMINEA.

Foliis linearibus integerrimis, floribus paniculatis, petalis calycis longitudine. Fl. dan. 414. 415.

Ad arvorum margines *della Bicocca* hujus urbis ubique.

STELLARIA ALSINE.

Foliis oblongo–lanceolatis, pedunculis subgeminatis, uni, vel multifloris, petalis calyce brevioribus, caule decumbente.

In fossis oryzarum communis.

Stellaria cerastoides.

Foliis oblongis pubescentibus, caule decumbente, pedunculis unifloris geminatis erectis, petalis calyce majoribus. Fl. dan. 92.

In summis jugis alpium *di Formazza*, et ad Turlum versus vallem *Anzasca* non rara.

Arenaria. *Arenaria.*

Caps. 1-locul.: petala integra patentia.

Arenaria biflora.

Foliis obovatis obtusis, caulibus procumbentibus, pedunculis bifloris lateralibus. Fl. ped. t. 44. f. 1. et t. 64. f. 3.

In rupibus summarum alpium vulgaris.

Arenaria trinervia.

Foliis ovatis, acutis, petiolatis, nervosis. Fl. dan. 429.

Ad radices montium praesertim *di Vogogna* non frequens.

Arenaria serpillifolia.

Foliis subovatis, acutis, sessilibus, corollis calyce brevioribus.

Ad muros etiam hujus urbis.

Arenaria montana.

Foliis lineari-lanceolatis scabris, caulibus sterilibus, longissimis, procumbentibus.

Ex monte *Turlo* retulit *Carestia.*

Arenaria saxatilis.

Foliis subulatis, caulibus subulatis, calycis, foliolis ovatis, obtusis. Barr. ic. 580.

Ad viam *del Sempione* inter *Riveno*, et *Varzo* raram hanc stirpem collegi.

ARENARIA TENUIFOLIA.

Foliis subulatis, caule paniculato, capsulis erectis, petalis calyce brevioribus lanceolatis. Fl. dan. 389.

In aridis collium vulgatissima, ubi pusilla crescit, non deest in campis circa urbem uberior, et ramosissima.

ARENARIA LARICIFOLIA.

Foliis setaceis, caule superne nudiusculo, calycibus subhirsutis. Jacq. aust. t. 272.

In pascuis Ticini vulgaris, nec deest in collibus, rara in alpibus *del Sempione*.

ARENARIA STRIATA.

Foliis linearibus erectis appressis, calycibus oblongis striatis. Fl. ped. t. 26. f. 4.

In pascuis vallis Sessitis, et Ossulae ad torrentem *Tosa* non rara.

ARENARIA LANCEOLATA.

Foliis lineari-lanceolatis trinerviis, margine scabris appressis, calycibus lanceolatis nervosis. Fl. ped. t. 26. f. 5.

Secus *la Tosa* in valle *di Antigorio* et in rupibus *di Ameno*.

ARENARIA AUSTRIACA.

Foliis linearibus, ramis erectis, pedunculis terminalibus longissimis binis, petalis obtusi emarginatis. Fl. ped. t. 64. f. 2.

Ex alpibus Sessiae retulit *Carestia*

Cherleria sedojdes.

Caps. 5-locularis: nectaria petaloidea: calyce minora. Jacq. aust. t. 284.

In summis jugis alpium vulgaris.

DECANDRIA PENTAGYNIA.

Cotyledon. *Cotiledone.*

Caps. 5-ad nectaria: cor. 1-petala.

Cotyledon umbilicus.

Foliis peltatis crenatis, caule subsimplici, floribus pendulis, bracteis integris. Moris. hist. 3. p. 470. s. 12. t. 10. f. 4.

Ombilico di Venere. Matt.

Ad muros alpinos, et montanos.

Sedum. *Sedo.*

Caps. 5-ad nectaria: cor. 5-petala.

✠ Sedum telephium.

Foliis planiusculis serratis, corymbo folioso, caule erecto. Fl. dan. 686.

Fabaria officin.

In apricis collium, nec deest *alla Costa del Ticino*. Vernacule *Fava grassa.*

Sedum stellatum.

Foliis planiusculis, angulatis, floribus lateralibus sessilibus solitariis.

Ad *Piè di Malcra* ego saepe observavi, *Carestia* in valle Sessitis collegit.

SEDUM ALSINAEFOLIUM.

Foliis planis ovatis, caule paniculato, petalis obtusis. All. t. 22. f. 2.

In subalpinis, praesertim Sessitis vulgaris, nec deest ad rupem s. Caroli *d' Arona*.

SEDUM CEPAEA.

Foliis planis lanceolatis, caule ramoso, floribus paniculatis, petalis acutis aristatis. Fl. ped. t. 65. f. 3.

Ad sepes *della Bicocca* hujus urbis.

SEDUM DASYPHYLLUM.

Foliis oppositis, ovatis, obtusis, carnosis, caule infirmo, floribus sparsis. Jacq. hort. t. 153.

In muris urbis ubique.

SEDUM REFLEXUM.

Foliis subulatis sparsis, basi solutis, inferioribus recurvatis. Fl. dan. t. 113.

In saxosis montium vulgare.

SEDUM RUPESTRE.

Foliis subulatis sparsis, basi solutis glaucis, floribus cymosis, petalis calyce duplo longioribus.

In apricis *di Vogogna*, *Premosello*, et *Margozzo*.

SEDUM SAXATILE.

Foliis sparsis semiteretibus obtusis, basi solutis, caule ramoso decumbente. Fl. ped. t. 65. f. 6.

In rupibus, et pascuis alpinis.

SEDUM ALBUM.

Foliis oblongis obtusis teretiusculis, sessilibus patentibus, cyma ramosa. Fl. dan. 66.

In muris urbis ubique.

✠ Sedum acre.

Foliis subovatis adnato-sessilibus, gibbis erectiusculis alternis, cyma trifida.

In pratis siccis *della Cunetta* hujus urbis abundans.

Sedum sexangulare.

Foliis subovatis adnato-sessilibus, gibbis erectiusculis, sexfariam imbricatis.

Ad muros urbis non deest; pascuis collium vulgare.

Sedum atratum.

Caule erecto, floribus corymbosis fastigiatis. Jacq. aust. 1. t. 8.

Ad montem Turlum collegit *Carestia.*

Oxalis. *Acetosa.*

Caps. 1-locular. angulata: cor. basi subcohaerens.

✠ * Oxalis acetosella.

Scapo unifloro, foliis ternatis obcordatis, radice squamosa articulata. Jacq. Oxal. n.° 91. t. 80.

Alleluja. Matt.

In umbrosis collinis, et montanis.

* Oxalis corniculata.

Caule prostrato ramoso, pedunculis umbelliferis. Jacq. Oxal. n.° 10. t. 5.

In campis, et oleraceis ubique.

Agrostemma. *Agrostema.*

Caps. 1-locul. oblonga: cal. tubulosus coriaceus,

* Agrostemma githago.

Hirsuta, calycibus corollam aequantibus, petalis integris nudis. Fl. dan. 576.

Inter segetes. Vernacule *Vecia.*

Agrostemma flos jovis.

Tomentosa, petalis emarginatis. Bocc. mus. t. 42.

In rupibus alpinis praesertim in valle *di Vedro* frequens.

Lychnis. *Lichnide.*

Caps. 3-locul. oblonga: calix tubulosus membranaceus.

Lychnis flos cuculi.

Petalis quadrifidis, fructu subrotundo. Fl. dan. 590.

In pratis ubique.

Lychnis viscaria.

Petalis integris. Clus. hist. 1. p. 289. f. 2.

In pascuis siccis collium ubique.

Lychnis alpina.

Glabra, floribus densis umbellato-capitatis, petalis bifidis. Fl. dan. 65.

In summis pratis montis *Rosae* carpsit *Carestia.*

✝ Lychnis dioica.

Floribus diojcis. Fl. dan. 792.

In pratis pinguibus.

Cerastium. *Cerastio.*

Caps. 1–locularis: petala 2–fida: cal. 5–phyllus.

Cerastium vulgatum.

Foliis ovatis, petalis calyci aequalibus, caulibus diffusis. Vaill. par. t. 30. f. 1.

In pascuis, et pratis siccioribus ubique.

Cerastium semi-decandrum.

Decumbens pilosum, foliis oblongis obtusis, petalis calyce brevioribus. Vaill. Paris t. 30. f. 2.

In pascuis arenosis vulgatissimum.

Cerastium arvense.

Foliis lineari–lanceolatis obtusis glabris, corollis, calyce majoribus. Fl. dan. 626.

In pascuis collinis Verbani, praesertim *di Pallanza*, et *Suna*.

Cerastium alpinum.

Foliis ovato–lanceolatis, caule diviso, capsulis oblongis. Fl. dan. 979.

In rupibus alpium frequens.

Cerastium repens.

Foliis lanceolatis, pedunculis ramosis, capsulis subrotundis. Vaill. Par. t. 30. f. 3.

Secus Ticinum loco dicto *alla Costa di Gambolò* non rarum.

Cerastium strictum.

Foliis linearibus acuminatis, glabris pedunculis

unifloris subtomentosis, capsulis globosis. Jacq. collect 2. p. 65.

In pascuis alpinis, praesertim vallis *di Vegezzo.*

Cerastium aquaticum.

Foliis cordatis sessilibus, floribus solitariis, fructibus pendulis. Fl. dan. 438.

Secus fossas aquosas.

Cerastium latifolium.

Foliis ovatis subtomentosis, ramis subunifloris, capsulis globosis. Jacq. collect. 1. p. 256.

Inter rupes alpium vulgare.

Cerastium manticum.

Glabrum, caule stricto, foliis lanceolatis, pedunculis longissimis, capsulis globosis.

In campis sabulosis *della Lumellina.*

Spergula. *Spergula.*

Caps. 1–*locularis polysperma* : *petala integra* : *cal.* 5–*phyllus.*

Spergula arvensis.

Foliis verticillatis, floribus decandris., Fl. dan. 1033.

In arvis.

Spergula nodosa.

Foliis oppositis subulatis laevibus, caulibus simplicibus. Fl. dan. 96.

In campis *di Mosezzo*, et *Proh* rarissime occurrit inter segetes.

Spergula saginoides.

Foliis oppositis linearibus laevibus, peduncu-

lis solitariis longissimis, floribus pentandris, caule repente. Vaill. Par. 8.

In glareosis alpinis praesertim *Valle di Vedro*, nec deest in illis *di Cerano* versus Ticinum.

SPERGULA GLABRA.

Foliis oppositis fasciculatis filiformibus glabris, floribus decandris, petalis calyce majoribus. Fl. ped. t. 64. f. 1.

In pascuis d' *Allagna* collegit *Carestia* in illis magnae Vallis Ossulae ego frequentem observavi.

DECANDRIA DECAGYNIA.

Phytolacca. *Fitolacca.*

Cal. 5-phyllus corollinus: cor. nulla: bacca 10-cocca.

* * PHYTOLACCA DECANDRA.

Floribus decandris decagyniis. Lam. illust. t. 393. f. 1.

Secus vias glareosas, et ad alveum Aconiae Vernacule *Uva di Spagna*.



CLASSIS XI.

DODECANDRIA MONOGYNIA.



Asarum. *Asaro.*

Cor. 0.: cal. 3-fidus superus: caps. 6-locul.

* Asarum europaeum.
Foliis reniformibus, obtusis, binis. Fl. dan. 633.
Asaro. Matt. officin.
In sylvis subalpinis, uti in valle *di Vegezzo, d'Intragna* abundans, nec deest in illis *di Campertogno* observante *Carestia.*

Portulaca. *Portulaca.*

Cor. 5-petala: cal. 2-fidus inferus: caps. 1-locul. circumscissa.

* Portulaca oleracea.
Foliis cuneiformibus, floribus sessilibus.
Portulaca selvatica Matt.
In campis ubique dicta *Porcellana.*

Lithrum. *Liro.*

Cor. 6-petala: cal. 12-fidus inferus: caps. 2-locul.

✠ * LYTHRUM SALICARIA.

Foliis oppositis cordato-lanceolatis, floribus spicatis dodecandris. Fl. dan. 671.

Ad fossas aquarum ubique, varians foliis ternis.

LYTHRUM HYSOPIFOLIA.

Foliis alternis linearibus, floribus exandris. Jacq. aust. t. 133.

In pascuis Ticini, et Sessitis potius rara.

DODECANDRIA DIGYNIA.

Agrimonia. *Agrimonia.*

Cor. 5-petal.: cal. 10-fid. sem. 1. 2.

✠ * AGRIMONIA EUPATORIA.

Fructibus hispidis, foliis caulinis pinnatis, foliolis oblongo-ovatis, spicis elevatis, petalis calyce duplo longioribus. Fl. dan. 588.

Eupatorio. Matt.

In pratis siccis, et ad vias.

DODECANDRIA TRIGYNIA.

Reseda. *Reseda.*

Cor. petalis multifidis : calyx partitus : caps. 3-locularis hians.

*Reseda luteola.

Foliis lanceolatis integris, basi utrinque unidentatis, calycibus quadrifidis.

Struzio falso. Matt.

Collibus *di Maggiora*, *Boca*, et *Gozano*:

Reseda lutea.

Foliis omnibus trifidis inferioribus pinnatis. Jacq. aust. 352.

Iisdem locis cum praecedente sed minus frequens.

Euphorbia. *Euforbio.*

Cor. petalis peltatis : cal. venticosus: caps. 3-cocca.

Euphorbia chamaesyce.

Dichotoma, foliis crenulatis, subrotundis glabris, floribus solitariis axillaribus, caulibus procumbentibus.

In pascuis *di Vogogna* versus flumen *Tosa* rarissime crescit.

Euphorbia peplus.

Umbella 3-fida, dichotoma, involucellis ovatis, foliis integerrimis obovatis petiolatis.

Ad vias *della Bicocca* hujus urbis vulgaris.

Euphorbia exigua.

Umbella 3–fida dichotoma involucellis lanceolatis, foliis linearibus. Fl. dan. 592.

In sylvis vallis Ticini, praesertim *di Cassolo* non frequens.

✠ Euphorbia lathyris.

Umbella 4–fida dichotoma, foliis oppositis integerrimis.

Lathiri. Matt.

Ad sepes collium, et in ortis vulgaris.

Euphorbia dulcis.

Umbella 5–fida 2–fida; involucellis subovatis denticulatis, foliis lanceolatis obtusis, apice denticulatis, capsulis verrucosis pilosis.

Ad vias umbrosas sicuti ad illas *della Bicocca*.

✠ Euphorbia helioscopia.

Umbella 5–fida 2–fida dichotoma, involucellis obovatis, foliis cuneiformibus serratis, glabris, capsulis laevibus. Fl. dan. 725.

Titimalo elioscopio. Matt.

Ad vias ubique.

Euphorbia verrucosa.

Umbella 5–fida subtrifida 2–fida, involucellis ovatis, foliis lanceolatis serrulatis villosis, capsulis verrucosis. Moris. hist. s. 10. t. 3. f. 3.

In pratis aridis *dell' Arbogna*, et in sylvis *della Bertona* hujus urbis.

Euphorbia platiphyllos.

Umbella 5–fida 3–fida dichotoma, involucris

carina pilosis, foliis serratis lanceolatis, capsulis verrucosis. Jacq. aust. t. 376.

In sylvis vallis Ticini frequens.

Euphorbia esula.

Umbella multifida 2-fida, involucellis subcordatis, petalis subbicornibus, ramis sterilibus, foliis uniformibus.

Secus Atison in magna Ossulae valle non rara.

Euphorbia gerardiana.

Umbella multifida dichotoma, involucellis subrotundis, petalis integerrimis, ramis nullis. Jacq. aust. t. 436.

In alveis Ticini, Aconiae, Sessitis.

*Euphorbia cyparissias.

Umbella multifida dichotoma, involucellis subcordatis, ramis sterilibus, foliis setaceis, caulinis lanceolatis. Jacq. aust. t. 435.

Titimalo ciparissia. Matt.

In pascuis Ticini ubique.

*Euphorbia palustris.

Umbella multifida, sub trifida, bifida, involucellis ovatis, foliis lanceolatis, ramis sterilibus.

Titimalo caraccia. Matt.

In pratis uliginosis praesertim vallis Ticini.

Euphorbia sylvatica.

Umbella 5-fida 2-fida, involucellis perfoliatis subcordatis acutiusculis, foliis lanceolatis integerrimis. Jacq. aust. t. 275.

In umbrosis collium praesertim secus torrentem *la Membra* prope *Ameno*.

DODECANDRIA DODECAGYNIA.

Sempervivum. *Semprevivo.*

Cor. 12-*petal. cal.* 12-*partit. caps.* 12.

SEMPERVIVUM TECTORUM.

* Foliis ciliatis, propaginibus patulis, floribus dodecandris, dodecagyniis, nectariis cuneiformibus carunculatis. Fl. dan. t. 601.

Semprevivo maggiore. Matt.

In muris, et tectis frequens, vernacule *Semper vivo.*

SEMPERVIVUM ARACHNOIDEUM.

Foliis pilis intertextis, propaginibus globosis. Jacq. aust. append. t. 42.

In rupibus vallis *di Vedro* fere ubique.

SEMPERVIVUM MONTANUM.

Foliis integerrimis, propaginibus patulis. Jacq. app. t. 41.

In rupibus montanis, et alpinis, uti ad *Cima Mullera* abundans.

SEMPERVIVUM SEDIFORME.

Foliis sparsis, inferioribus teretibus, superioribus depressis. Jacq. Miscel. t. 5.

In rupibus *di Quarna*, et *Margozzo* occurrit.



CLASSIS XII.

ICOSANDRIA MONOGYNIA.



Cactus. *Catto.*

Cal. superus 1-*phyllus: cor. multifida: bacca* 1-*locul. polysperma.*

CACTUS OPUNTIA.

Articulato-prolifer laxus articulis ovatis, spinis setaceis.

In rupibus *di Cima Mullera* ego observavi, in illis *di Creola* in valle *di Vedria* clarissimus *Gautieri* adnotavit.

Prunus. *Pruno.*

Cal. inferus 5-*fidus: cor.* 5-*petala: drupa nucleo integro.*

PRUNUS PADUS.

Floribus racemosis, racemis pendulis, foliis deciduis duplicato-serratis subrugosis, petiolis biglandulosis. Fl. dan. 205.

In sylvis collium, et illis vallis Ticini vulgaris.

Prunus mahaleb.

Floribus corymbosis terminalibus, foliis ovatis. Jacq. aust. 227.

In sylvis magnae vallis Ossulae secus Atison frequens in alpinis *di Vegezzo*, et *Formazza* rara.

✠ Prunus cerasus.

Umbellis subpedunculatis, foliis ovato-lanceolatis, glabris conduplicatis. Duham. arb. 2. t. 56.

Ciriege. Matt.

Vulgaris in sylvis Ticini, vernacule *Cerasa selvatica o Ceresoli*.

* Prunus avium.

Umbellis sessilibus, foliis ovato-lanceolatis, subtus pubescentibus conduplicatis.

In montanis, et praesertim *al Margozzo* ubique. Vernacule *Arzala falsa*.

✠ * Prunus spinosa.

Pedunculis solitariis, foliis elliptico-lanceolatis, subtus pubescentibus, fructibus rectis, ramis spinosis.

Pruno selvatico. Matt.

In dumetis collium, nec deest in planitiei sepibus. Vernacule *Brigneu*.

Crataegus. *Cratego.*

Cal. superus 5-fidus: cor. 5-petala: bacca 2-sperma.

* Crataegus oxyacantha.

Foliis obtusis subtrifidis serratis. Jacq. aust. 292. f. 2.

Sepes apud nos ex ipsa constant; in dumetis ubique, varians stylo unico.

ICOSANDRIA TRIGYNIA.

Sorbus. *Sorbo.*

Cal. superus 5-fid.: cor. 5-petala: bacca 3-sperma.

✱ * Sorbus aucuparia.

Foliis pinnatis utrinque glabris. Jacq. aust. 447.

In montanis vulgaris speciatim *al Margozzo* a nonnullis dicitur *Arzela.*

ICOSANDRIA PENTAGYNIA.

Mespilus. *Nespolo.*

Cal. superus 5-fidus: cor. 5-petala: bacca 5-sperma.

Mespilus germanica.

Inermis, foliis lanceolatis, subtus tomentosis, floribus sessilibus solitariis.

Nespolo secondo. Matt.

In sylvis collium vulgaris. Vernacule *Nespolo selvatico.*

Mespilus pyracantha.

Spinosa, foliis lanceolato-ovatis crenatis, calycibus fructus obtusis. Duham. arb. 7.

In sepibus locis alpinis non rara.

Mespilus chamae-mespilus.

Inermis, foliis ovalibus acute serratis glabris, floribus corymboso-capitatis. Jacq. aust. t. 231.

Ex alpibus siccidis retulit *Carestia.*

Mespilus cotoneaster.

Inermis, foliis ovatis integerrimis acutiusculis, subtus tomentosis, germinibus glabris, baccis 2-vel 3-spermis. Fl. dan. t. 112.

In summis alpibus Ossulae, et Sessitis vulgaris fere semper bacca 4-sperma.

Pyrus. *Pero.*

Cal. superus, 5-fidus: cor. 5-petala: pomum 5-loculare, polyspermum.

Pyrus amelanchier.

Foliis subrotundo-ellipticis acutis, subtus pubescentibus, floribus racemosis, petalis lanceolatis, germinibus subvillosis, calycinis segmentis glabris. Jacq. aust. t. 300.

In alpinis *di Rima*, *Rimella*, *Vanzone*, et *al Sempione*.

✠ * Pyrus malus.

Umbellis sessilibus, foliis ovato-oblongis acuminatis serratis glabris, unguibus calyce brevioribus, stylis glabris.

In sylvis collium, et illis Ticini vulgo *Pomo selvatico* occurrit.

Pyrus aria.

Foliis subrotundo-ovatis, inciso-dentatis, subtus albido-tomentosis, floribus corymbosis. Fl. dan. 302.

In sylvis vallis *di Vedro*, et *del Sempione* non frequens.

* Pyrus torminalis.

Foliis cordato-ovatis, laciniato-lobatis serratis, lobis infimis divaricatis, floribus corymbosis. Jacq. aust. 443.

In sylvis montanis, uti illis *di Borgosesia*, *Varallo* ec.

Spiraea. *Spirea.*

Cal. inferus, 5-fidus: cor. 5-petala: caps. plures congestae.

SPIRAEA ARUNCUS.

Foliis supradecompositis, spicis paniculatis, floribus dioicis.

In umbrosis collium, et montium, uti in sylvis prope *Varallo.*

✠ * SPIRAEA FILIPENDULA.

Foliis pinnatis, foliolis uniformibus serratis, caule herbaceo, floribus corymbosis.

In pratis siccis, et sylvis sterilibus abundat, nec deest in illis hujus urbis *della Cunetta*, et *della Bertona.*

✠ * SPIRAEA ULMARIA.

Foliis pinnatis, subtus tomentosis, impari majore trilobo, lateralibus indivisis, corymbis proliferis. Fl. dan. 547.

Ad aquaeductus, et pratis uliginosis ubique.

ICOSANDRIA POLYGYNIA.

Rosa. *Rosa.*

Cal. 5-*fidus*: *cor.* 5-*petala*: *cal. baccatus polyspermus.*

ROSA LUTEA.

Germinibus globosis, pedunculisque glabris, calycibus, petiolisque spinulosis, aculeis ramorum rectis. Jacq. hort. t. 1. 3.

In summis rupibus Montis Orfani, ad *Cima Muliera*, et in illis vallis *di Vegezzo* semper observavi.

ROSA CINAMOMEA.

Germinibus globosis, pedunculisque glabris, caule aculeis stipularibus, petiolis subinermibus. Fl. dan. 868.

In montuosis *di Canobbio*, et *Intragna* non frequens.

ROSA ARVENSIS.

Germinibus subglobosis glabris, pedunculis hispidis, caule repente, petiolisque aculeatis, floribus subsolitariis. Fl. dan. 398.

Ad oras sylvarum.

ROSA SPINOSISSIMA.

Germinibus globosis glabris, pedunculis hispidis, caule petiolisque aculeatissimis.

In apricis alpium non rara.

ROSA PUMILA.

Germinibus ovatis, pedunculisque hispidis,

petiolis cauleque aculeato, foliis subtus glaucis, serraturis glandulosis, fructibus pyriformibus. Jacq. aust. 198.

In pascuis collium, et secus Ticinum.

Rosa rubiginosa.

Germinibus ovatis, pedunculisque hispidis, petiolis cauleque aculeatis, aculeis recurvis, foliolis ovatis, subtus glanduloso-pilosis. Jacq. aust. 50.

Ad vias, et sepibus collium praesertim *di Boca, Maggiora.*

Rosa alpina.

Germinibus ovatis glabris, pedunculis petiolisque hispidis, caule inermi. Jacq. aust. 279.

In saxosis alpium vulgaris, descendit ad montes circa *Varallo.*

✠ * Rosa canina.

Germinibus ovatis, pedunculisque glabris, caule petiolisque aculeatis. Fl. dan. 555.

Rosa canina offic.

Ad sepes; et ad vias vulgaris.

✠ Rosa alba.

Germinibus ovatis glabris, pedunculis hispidis, caule petiolisque aculeatis.

In sepibus collium frequens. Vernacule *Rosa bianca semplice.*

Rubus. *Rovo.*

Cal. 5-fidus: cor. 5-petala: bacca composita.

✠ Rubus idaeus.

Foliis quinato-pinnatis ternatisque, caule aculeato, petiolis canaliculatis.

In saxosis montium, et alpium. Vernacule *Frambosa.* Italice *Lampone.*

Rubus tomentosus.

Foliis ternatis, obovatis, acutis, inaequaliter dentatis, utrinque tomentosis, lateralibus subincisis.

In dumetis Ticini, et Sessitis.

Rubus caesius.

Foliis ternatis, subnudis, lateralibus bilobis, caule aculeato tereti.

In dumetis subalpinis, sed crescit abundans secus flumen *Atison.*

✠ Rubus fruticosus.

Foliis quinato-digitatis, ternatisque, caule petiolisque aculeatis.

In sepibus ubique, vulgo *More, Rovo.*

Rubus saxatilis.

Foliis ternatis nudis, flagellis reptantibus herbaceis. Fl. dan. 134.

In saxosis irriguis montium, nec deest ad vias humidas vallis Ticini.

Fragaria. *Fragola.*

Cal. 10-fid.: cor. 5-petal.: semina plurima supra receptaculum baccatum decidua.

✻ * Fragaria vesca.

Calyce, fructus reflexo, pubescentia petiolorum patentissima, pedunculorum adpressa, flagellis reptantibus.

Ad oras sylvarum ubique. Vernacule *Magiostra*. Italice *Fragola* apellatur.

Fragaria sterilis.

Petalis obcordatis, calycis longitudine, receptaculo sicco, pubescentia petiolorum, et pedunculorum patentissima, caule decumbente. Lob. ic. 698.

In pascuis subalpinis vulgaris. Vernacule *Magiostra falsa*.

Potentilla. *Potentilla.*

Cal. 10-fidus: cor. 5-petala: semina plurima mutica.

✻ * Potentilla anserina.

Foliis interrupte-pinnatis sericeis, foliolis argute-serratis, caule repente, pedunculis unifloris. Fl. dan. 544.

Potentilla. Matt.

In pascuis *di Maggiora*, in illis *di Roma-*

gnano loco dicto *al Monte dei Frati*, et ad montem *Fenera*.

Potentilla multifida.

Foliis bipinnatifidis quadryugis, superne glabris, subtus tomentosis, segmentis distantibus, caule decumbente.

Ad montem *Crestese*, et *Cistella* collegi.

Potentilla rupestris.

Foliis pinnatifidis alternis, foliolis quinis ovatis crenatis, caule erecto. Jacq. aust. 114.

In pascuis montanis praesertim in illis *di Intrasca* vulgaris.

Potentilla pensylvanica.

Foliis decussive pinnatis, summis ternatis, foliolis profunde-dentatis, caule erecto pubescente. Jacq. hort. t. 189.

In pratis alpinis *di Baranca*, valle *Mastallone* raram hanc stirpem unice collegi.

Potentilla supina.

Foliis pinnatis, foliolis oblongis profunde dentatis, caule decumbente dichotomo, pedunculis axillaribus solitariis. Jacq. aust. t. 406.

In pascuis *di Candia*, et *Breme* secus Padum vulgaris.

Potentilla recta.

Foliis septenatis, quinatisque, foliolis lanceolatis, grosse dentatis, petalis obcordatis, calyce majoribus, caule erecto. Jacq. aust. t. 383.

In glareosis montanis, et collinis.

Potentilla argentea.

Foliis quinatis cuneiformibus incisis, subtus tomentosis, caule erecto.

In pascuis Ticini, et circa hanc urbem ad moenia.

POTENTILLA HIRTA.

Foliis septenatis, quinatisque cuneiformibus incisis pilosis, caule erecto hirto.

In pascuis Padi *di Cambio*, et *Sommo*, foliis angustissimis.

POTENTILLA OPACA.

Foliis radicalibus septenatis, quinatisque lineari-cuneiformibus dentatis, petalis retusis, calycis longitudine, caulibus filiformibus decumbentibus hirtis. Jacq. ic. rar. t. 91.

In pascuis arenosis ubique.

POTENTILLA VERNA.

Foliis quinatis, obovatis, dentatis, pubescentibus, petalis obcordatis, calyce majoribus, caulibus declinatis. Fl. ped. t. 24. f. 2.

In pratis alpinis, et in ericetis *Burgimaneri* vulgatissima.

POTENTILLA AUREA.

Foliis radicalibus quinatis, foliolis cuneiformibus ciliatis, apice 5-dentatis, caulinis ternatis subsessilibus, petalis obcordatis, calyce majoribus, caule adscendente. Fl. dan. 114.

In alpibus *di Formazza*, et *di Vedro* ad rupes non rara.

POTENTILLA ALBA.

Foliis quinatis, apice conniventi-serratis, caulibus filiformibus procumbentibus, receptaculis hirsutis. Jacq. aust. 115.

Ad oras sylvarum collium, et montium frequens.

✠ * POTENTILLA REPTANS.

Foliis quinatis, caule repente, pedunculis unifloris.

Cinque foglio. Matt. officin.

Ad moenia hujus urbis ubique.

POTENTILLA NIVEA.

Foliis ternatis incisis, subtus tomentosis, caule adscendente.

In cacuminibus montis *Moro*, ad nivem deliquescentem unice observavi.

POTENTILLA GRANDIFLORA.

Foliis ternatis dentatis, utrinque subpilosis, caule decumbente, foliis longiore.

In saxosis alpinis vulgaris.

POTENTILLA NORVEGICA.

Foliis ternatis, caule dichotomo, pedunculis axillaribus. Fl. dan. 171.

Ad montem *Turlo* collegit *Carestia*.

Tormentilla. *Tormentilla.*

Cal. 8-fid. cor. 4-petala: sem. 8-mutica.

✠ * TORMENTILLA ERECTA.

Caule erectiusculo, foliis sessilibus. Fl. dan. 589.

In sylvis collium, nec deest ad moenia urbis.

Geum. *Geo.*

Cal. 10-fid.: cor. 5-pet.: semina plurima aristata geniculata.

✠ * GEUM URBANUM.

Floribus erectis, aristis uncinatis nudis, foliis caulinis ternatis, radicalibus lyrato-pinnatis. Fl. dan. 672.

Caryophyllata Matth. offic.

In collibus et circa Novariam.

♣ Geum rivale.

Floribus nutantibus, petalis longitudine calycis, aristis plumosis medio tortis. Jacq. ic. rar. t. 94.

In pratis spongiosis collinis, et montanis.

Geum montanum.

Caule unifloro, aristis rectis villosis, foliis pinnatis pilosis, foliolo extimo maximo subrotundo, inferioribus sensim minoribus. Jacq. aust. t. 373.

In pascuis montanis ubique.

Geum reptans.

Caulibus unifloris, aristis rectis villosis, foliis pinnatis incisis pilosis, flagellis reptantibus.

In alpinis non rara, sed in valle *d' Anzasca* inter *Macugnaga* et *Peccetto* vulgaris.


Dryas. *Dria.*

Cal. 8-*fid.*: *cor.* 8. *petal.*: *semina plurima*: *arista lanata.*

Dryas octopetala.

Floribus octopetalis, foliis simplicibus. Fl. dan. 51.

In cacuminibus alpium frequens, praesertim *al Campello.*



CLASSIS XIII.

POLYANDRIA MONOGYNIA.



Capparis. *Cappero.*

Cal. 4-phyl.: bacca pedicellata corticosa.

✠ * Capparis spinosa.

Pedunculis unifloris solitariis, stipulis spinosis, foliis annuis, capsulis ovalibus. Lob. ic. 635.

Capparo Matt. *officin.*

Ad muros Insulae matris ad lacum Verbanum spontanea, et uberrime crescit. Vernacule *Cappar.*

Actaea. *Actea.*

Cal. 4-phyll.: bacca 1-locul.: sem. gemino ordine.

✠ Actaea spicata.

Racemo ovato, fructibus baccatis. Fl. dan. 589.

In sylvis collium, et montium vulgaris.

Chelidonium. *Celidonia.*

Cal. 2-phyllus : siliqua.

✠ * Chelidonium majus.

Pedunculis umbellatis.

Celidonia Maggiore Matt.

Ad muros, et ruderatis ubique, vulgo dicta *Erba Donna.*

Papaver. *Papavero.*

Cal. 2-phyllus : caps. 1-locul. coronata.

Papaver hybridum.

Capsulis subglobosis, torosis hispidis, caule folioso multifloro. Lob. ic. 276.

Ad foveas graniti *di Baveno* abundans.

Papaver argemone.

Capsulis clavatis hispidis, caule folioso multifloro. Lob. ic. 276.

In arvis sabulosis *della Lumellina*, et in illis *di Cerano.*

Papaver alpinum.

Capsula hispida, scapo unifloro nudo hispido, foliis bipinnatis. Jacq. aust. 83.

In rupibus vallis *d' Anzasca* supra *Peccetto* abundat; nec deest in illis *della Rosa* observante *Carestia.*

Papaver dubium.

Capsulis oblongis glabris, caule multifloro, setis adpressis, foliis pinnatifidis incisis. Jacq. aust. t. 25.

In campis sabulosis Ticinum versus uti ad Campelatum.

✠ Papaver rhoeas.

Capsulis glabris globosis, caule piloso multifloro, foliis pinnatifidis incisis.

Papavero selvatico. Matt.

In coerealibus ubique, vernacule *Papavero rosso.*

Nymphaea. *Ninfea.*

Bacca multilocularis corticosa: cal. magnus.

* Nimphaea lutea.

Foliis cordatis integerrimis, calyce petalis majore pentaphyllo. Fl. dan. 603.

In aquis lente fluentibus, praesertim in oryzis. Vulgo dicta *Ninfea gialla.*

✠ * Nymphaea alba.

Foliis cordatis integerrimis, calyce quadrifido. Fl. dan. 602.

In stagnis vallis Ticini vulgaris. Vernacule *Ninfea bianca.*

Tilia. *Tiglio.*

Caps. 5-locul.: coriacea: 1-sperma: cal. deciduus.

✠ Tilia europaea.

Floribus nectario destitutis. Fl. dan. 553.

Tiglio, o *Tiglia* officin.

In sylvis montanis, praesertim supra Varallum, et *al Margozzo* occurrit. Vernacule *Tej.*

Cistus. *Cistio.*

Caps. subrotunda: cal. 5-phylli: foliola 2-minora.

Cistus fumana.

Suffruticosus procumbens exstipulatus, foliis alternis linearibus, margine scabris, pedunculis unifloris. Jacq. aust. 252.

In apricis collibus, praesertim *di Invori Superiore*, et *Corcogno* non frequens.

Cistus guttatus.

Herbaceus extipulatus, foliis oppositis oblongis trinerviis hirtis, radicalibus obovatis, racemis ebracteatis, petalis integris.

In pascuis Ticini vulgaris.

* Cistus helianthemum.

Suffruticosus procumbens, stipulis lanceolatis, foliis oblongis revolutis subpilosis. Jacq. aust. t. 65. All. Fl. ped. t. 45. f. 4.

In pascuis collium, et illis Ticini, maxime varians flore albo, et rubro, flore magno, caule fruticoso, et frequentior, caule decumbente herbaceo.

Cistus mutabilis.

Suffruticosus stipulatus procumbens, stipulis lanceolatis, foliis oblongis, glabris planis. Jacq. ic. 99.

In pascuis Ticini inter Campolatum, et Viglevanum non infrequens.

POLIANDRIA TRIGYNIA.

Delphinium. *Delfinio.*

Cal. o.; *cor.* 5-*petala: supremo petalo cornuto: nectarium* 2-*fidum sessile.*

✠ * Delphinium consolida.

Nectariis monophyllis, caule subdiviso. Fl. dan. 683.

Consolida regale. Matt. officin.

In cerealibus sabulosis Lumellinae, et in collinis frequens, vulgo dicta *Viola del Corno.*

Delphinium ajacis.

Nectariis monophyllis, caule simplici.

In rupibus vallis *di Vedro*, praesertim supra *Trasquera.*

Delphinium elatum.

Nectariis diphyllis, labellis bifidis, apice barbatis, foliis incisis, caule recto.

Ad rupes montis Mori unice collegi.

Aconitum. *Aconito.*

Cal. o.: *cor.* 5-*petal.*: *supremo petalo cornuto: nectarium* 2-*fidum sessile.*

* Aconitum lycoctonum.

Foliis palmatis multifidis villosis. Jacq. aust. 380.

In sylvis collinis, et montanis uti ad *Borgosesia*, et *Varallo* frequens.

✠ Aconitum anthora.

Cuculli calcare refracto uncinato, labio adscendente obcordato, galea convexa rotundata, foliis multifidis laciniis linearibus. Jacq. aust. 382.

Aconito salutifero. Matt.

In rupibus alpinis praesertim vallis *di Bugnano*, et *di Vedria* frequens quoque observavi secus torrentem *la Membra* in valle *di Ameno*.

✠ Aconitum napellus.

Cuculli calcare recto obtuso, lanceolato adscendente bifido, galea convexa, foliis nitidis quinque partitis, laciniis tripartitis incisis linearibus.

Aconito napello officin. Matt.

In nemoribus alpinis, speciatim in valle *Pitta della Sesia*.

POLYANDRIA PENTAGYNIA.

Aquilegia. *Acquilegia.*

Cal. nullus: cor. 5-petala: nectaria 5-interne cornuta.

✠ Aquilegia vulgaris.

Nectariis incurvis. Fl. dan. 695.

Acquilina. Matt.

In umbrosis montium frequens.

Aquilegia alpina.

Nectariis rectis, petalo lanceolato brevioribus.

In alpibus Sessitis, praesertim ad montem *Rosa* collegit *Carestia*.

Nigella. *Nigella*.

Cal. nullus: cor. 5-petala: nectaria 8-superne bilabiata.

Nigella arvensis.

Pistillis quinis, petalis integris, capsulis turbinatis.

In arvis sabulosis *di Cerano*, et *Lumellina*.

POLYANDRIA POLYGYNIA.

Anemone. *Anemone*.

Cal. nullus: cor. 6-petala: sem. plurima.

* Anemone hepatica.

Foliis 3-lobis integerrimis. Fl. dan. 610. *Trinitas*. Matt. officin.

In sylvis collium varians colore floris.

Anemone vernalis.

Pedunculo involucrato, foliis pinnatis, foliolis tripartitis obtusis glabriusculis, flore erecto. Fl. dan. 29.

In valle di Strona ad Ferri Fodinam supra *Luzogno* raram vidi, ad alpem *di Faller* in Valle Sessitis collegit *Giordani*.

Anemone halleri.

Pedunculo involucrato, foliis pinnatis, foliolis tripartitis acuminatis villosis, flore erectiusculo. Fl. ped. t. 80. f. 2.

In pascuis subalpinis vulgaris.

* Anemone pulsatilla.

Pedunculo involucrato, petalis rectis, foliis bipinnatis. Fl. dan. 153.

Pulsatilla. Matt.

In pascuis Ticini vulgaris.

* Anemone alpina.

Foliis caulinis ternis connatis supradecompositis glabriusculis, foliolis pinnatifidis obtusis, seminibus hirsutis caudatis. Jacq. aust. 85.

In summis alpibus non rara, sed ad montem *Rosa*, *Turlo*, et *Moro* flore luteo variat.

* Anemone nemorosa.

Caule unifloro, foliis caulinis ternis ternatis, foliolis lanceolatis trifido-dentatis, corolla hexapetala. Fl. dan. 549.

In nemoribus, et pratis pinguibus ubique.

Anemone ranunculojdes.

Caule subbifloro, foliis caulinis ternis ternatis, foliolis subtrifidis, apice dentatis, petalis oblongis obtusis patentibus. Fl. dan. 140.

In collibus ad Verbanum non rara, occurrit etiam in valle *Strona*.

Anemone narcissifolia.

Floribus umbellatis involucratis, foliis radicalibus palmatis, inciso-dentatis. Jacq. aust. 159.

In summis alpibus *di Anzasca*, et *Formazza* locis uliginosis.

Atragene. *Atragene.*

Cal. nullus: cor. 4-petala major: interior polypetala: semina plurima cristata.

Atragene alpina.

Scandens, foliis biternatis serratis acuminatis, petalis exterioribus quaternis, interioribus spathulatis. Jacq. aust. 241.

In rupibus editioribus alpium uti ad montem Morum, Semplonium, Rosam.

Clematis. *Clematide.*

Cal. nullus: cor. 4-petal.: semina plurima aristata.

Clematis viticella.

Foliis compositis decompositisque, foliolis sublobatis, integerrimis, petalis obovatis patentibus. *Clematide seconda* Matt. 1007.

Secus viam, quae a Burgimaneri, ad *Maggiora*, et *Boca* ducit. Ad sepes raram hanc collegi stirpem.

Clematis vitalba.

Foliis pinnatis, foliolis scandentibus cordatis integris, vel incisis.
Clematide Matt. 1008. 501.

Ad sepes, et muros hujus urbis.

✠ Clematis erecta.

Foliis pinnatis, foliolis lanceolatis ovatis integerrimis, caule erecto, floribus pentapetalis tetrapetalisque. Jacq. aust. 291.

In pascuis collium, praesertim secus torrentem s. *Giovanni d'Intra.*

Thalictrum. *Talittro.*

Cal. nullus: cor. 4. 5-petala, semina plurima submutica nuda.

Thalictrum foetidum.

Caule paniculato filiformi ramosissimo folioso. Moris hist. 3. p. 325. t. 20. f. 13.

In alpibus Sessitis collegit *Carestia*, ad *Cima Mullera* ego observavi.

Thalictrum minus.

Foliolis subrotundis trifidis incisis, floribus cernuis. Jacq. aust. t. 419.

In pratis montanis frequens, nec deest in planitie illis *d'Isarno*, et vallis Ticini.

Thalictrum angustifolium.

Foliolis lanceolato-linearibus integerrimis.

In valle *dell' Arbogna* abundans.

✠ Thalitrum flavum.

Caule folioso sulcato, panicula multiplici erecta. Fl. dan. 939.

Ad aquaeductus, et vias praesertim oryzazarum.

✠ Thalitrum aquilegifolium.

Fructibus pendulis triangularibus rectis, caule tereti. Jacq. aust. 318.

In montanis frequens, nec deest in planitie ad viam *della Biandrina*, et secus Aconiam.

Adonis. *Adonide.*

Cal. 5-phyllus: cor. 5. 10-petala: sem. plurima angulata corticata.

ADONIS AUTUMNALIS.

Floribus octopetalis, fructibus subcylindricis. Jacq. aust. 354.

Inter cerealia *della Lumellina*, et *di Cerano* vulgaris.

ADONIS FLAMMEA.

Floribus octopetalis, petalis lanceolatis acutis, fructibus cylindricis, caule hirto. Jacq. aust. 355.

In campis arenosis versus Ticinum inter segetes non deest, vernacule *Cardinalini.*

Ranunculus. *Ranuncolo.*

Cal. 5-phyll.: cor. 5-petala: semina plurima: petala ungue nectarifero.

RANUNCULUS FLAMMULA.

Foliis ovato-lanceolatis petiolatis, caule declinato. Fl. dan. 575.

In pratis vallis *d' Arbogna* frequens.

RANUNCULUS LINGUA.

Foliis lanceolatis, caule erecto. Fl. dan. 755.

In paludosis oryzarum sicuti ad lacum *di Vinzaglio* abundans.

RANUNCULUS GRAMINEUS.

Foliis lanceolato-linearibus indivisis, caule erecto laevissimo paucifloro.

In pratis uliginosis lacus Cusii versus *Buscione* potius rarus.

RANUNCULUS PYRENAICUS.

Foliis linearibus indivisis, caule erecto striato, subbifloro. Fl. ped. t. 76. f. 1.

In summis alpibus ad pascua vulgaris.

* * RANUNCULUS FICARIA.

Foliis cordatis angulatis, petiolatis, caule unifloro. Fl. dan. t. 499.

Celidonia minore. Matt.

In agris, et pratis.

RANUNCULUS THORA.

Foliis reniformibus subtrilobis crenatis, caulino-sessili, floralibus lanceolatis, caule subbifloro. Jacq. aust. 442.

In summis alpibus *della Rosa*, et *Turlo* vulgaris, ubi varietatem pusillam collegit *Carestia*.

RANUNCULUS SCHLERATUS.

Foliis inferioribus palmatis, summis digitatis, fructibus oblongis. Fl. dan. 571.

In paludosis fossis ubique.

RANUNCULUS ACONITIFOLIUS.

Foliis quinquelobis dentatis, lobis acuminatis, intermediis, trifidis, floralibus summis digitatis, sessilibus lanceolatis.

In subalpinis pratis, et sylvis.

RANUNCULUS PLATANI-FOLIUS.

Foliis 5-lobis dentatis, lobis obtusis intermediis trifidis, floralibus summis digitatis sessilibus lineari-subulatis. Fl. dan. 111.

In alpibus, sed minus rara supra *Varzo*, et illis *di Allagna*.

Ranunculus rutaefolius.

Foliis pinnatis, ternatisque, foliolis tripartito-multifidis incisis, caule subsimplici, corolla polypetala, radice tuberosa. Fl. ped. t. 67. f. 1.

In summis jugis montis *Turlo* collegit *Carestia*.

Ranunculus glacialis.

Foliis ternatis, foliolis tripartito-multifidis, caulinis sessilibus, caule subtrifloro, calycibus hirsutis. Fl. dan. 19.

Ad nivem deliquescentem summarum alpium ubique.

Ranunculus nivalis.

Foliis quinque lobis integerrimis, caulinis sessili-digitatis, caule unifloro. Fl. dan. 144.

Alle Casere in valle *Formazza* abundat.

Ranunculus montanus.

Foliis quinque lobis dentatis, caulino sessili digitato, laciniis lineari-lanceolatis integerrimis, caule unifloro. Jacq. aust. 325. et 326.

In alpibus *d' Allagna Carestia*, ego ad Campellum, ubi etiam caule bifloro observavi.

Ranunculus alpestris.

Foliis radicalibus subcordatis, obtusis tripartitis, lobis trilobatis, caulino lanceolato integerrimo, caule subunifloro. Jacq. aust. 110.

In subalpinis *di Allagna* collegit *Carestia*.

Ranunculus bulbosus.

Calycibus retroflexis, pedunculis sulcatis, caule erecto multifloro, foliis compositis. Lob. ic. 666.

In pratis siccis, et ad vias.

RANUNCULUS PHILONOTIS.

Calycibus demum reflexis setosis, pedunculis sulcatis, foliis tripartitis inciso-lobatis hirsutis, fructu subgloboso.

In campis circa Novariam uti *alla Bicocca* non rara.

RANUNCULUS REPENS.

Calycibus patulis, pedunculis sulcatis, sarmentis repentibus, foliis compositis. Lob. ic. 664. f. 2.

In pratis.

* RANUNCULUS ACRIS.

Calycibus patulis, pedunculis teretibus, foliis tripartito-multifidis, summis linearibus.

In pratis.

RANUNCULUS ARVENSIS.

Seminibus aculeatis, foliis superioribus decompositis linearibus. Fl. dan. 219.

In arvis vulgaris.

RANUNCULUS MURICATUS.

Seminibus aculeatis, foliis simplicibus lobatis obtusis glabris, caule diffuso.

In pratis *di Cambiò, Borgofranco* versus Padum, in illis quoque *di Crodo* in valle *d' Antigorio* occurrit.

RANUNCULUS AQUATILIS.

Foliis submersis capillaceis, emersis peltatis.

In aquis lentis vulgaris.

RANUNCULUS FLUVIATILIS.

Foliis omnibus dichotomo-capillaceis, caule natante. Fl. dan. 376.

In aquis lentis, et fossis humidis, et cam-

pis cretaceis locis umbrosis, uti *alla Bicocca* crescit.

Trollius. *Trollio.*

Cal. nullus: cor. 14-petala: nectaria linearia: capsulae polyspermae.

TROLLIUS EUROPAEUS.

Corollis conniventibus, nectariis longitudine staminum. Fl. dan. 133.

In pratis montanis, et alpinis vulgaris.

Isopyrum. *Isopiro.*

Cal. nullus: cor. 5-petala decidua: nectaria 5.: capsulae polyspermae.

ISOPYRUM THALICTROIDES.

Stipulis ovatis, petalis obtusis. Jacq. aust. t. 105.

In umbrosis Sessitis versus *Scopa*, et *Allagna* vulgaris.

Helleborus. *Elleboro.*

Cal. nullus: cor. 5-petala persistens: nectaria plura: capsulae polyspermae.

HELLEBORUS HYEMALIS.

Flore folio insidente, foliis radicalibus peltatis multifidis, laciniis integerrimis. Jacq. aust. 202.

In collibus, et montibus *del Margozzolo*, et *Margozzo*.

✠ Helleborus niger.

Scapo subbifloro, subnudo, foliis pedatis. Jacq. aust. t. 201.

Elleboro nero officin. Matt. 1280.

In sylvis subalpinis *di Varallo*, et *Vogogna*.

✠ * Helleborus viridis.

Caule bifido, ramis foliosis bifloris, foliis digitatis. Jacq. aust. 106.

Un altro Elleboro nero. Matt. 1281.

In sylvis montanis *del Margozzolo*, *Varallo* etc. occurrit.

✠ * Helleborus foetidus.

Caule multifloro folioso, foliis pedatis. Lob. ic. 679.

In sylvis *di Quarna*, et *Piè di Mullera*, *di Maggiora*, et *Vegezzo*.

Caltha. *Calta.*

Cal. nullus: cor. 5-petala: capsulae plurimae: nectaria nulla.

Caltha pallustris.

Caule erecto. Fl. dan. 668.

Ad Ticini focem, et ad lacum *di Vinzaglio*.



CLASSIS XIV.

DIDYNAMIA GYMNOSPERMA.



Ajuga. *Ajuga.*

Cor. labium superius, staminibus brevius.

✠ Ajuga pyramidalis.
Tetragono pyramidalis villosa, foliis radicalibus maximis. Fl. dan. t. 185.
In collibus secus fossas.

Ajuga alpina.
Caule simplici, foliis caulinis radicalia aequantibus.
Ad oras sylvarum alpium ubique.

Ajuga genevensis.
Foliis tomentosis lineatis, calycibus hirsutis.
In pascuis collium frequens.

✠ Ajuga reptans.
Stolonibus reptantibus.
In pratis, et ad vias.

Ajuga chamaepitys.
Foliis trifidis, floribus axillaribus solitariis, folio brevioribus, caule diffuso. Lob. ic. 382.
In ericetis Ticini, et Burgimaneri.

Ajuga iva.

Foliis linearibus, antice dentatis, floribus axillaribus solitariis. Lob. ic. 384.

In pascuis *di Maggiora*, et *Vergano* rara occurrit.

Teucrium. *Teucrio.*

Cor. labium superius nullum, sed fissura loco labii.

* Teucrium scorodonia.

Foliis cordatis subpubescentibus dentatis petiolatis, racemis axillaribus secundis, caule erecto erbaceo. Fl. dan. 485.

In umbrosis montanis, et collinis ubique, nec deest in collibus *di Nibiola.*

✠ Teucrium scordium.

Foliis oblongis sessilibus dentatis nudiusculis, floribus axillaribus, pedunculatis geminis, caule diffuso pubescente. Fl. dan. 593.

In pratis secus Padum locis uliginosis. *Scordio* officin.

✠ Teucrium chamaedrys.

Foliis cuneiformi-ovatis incisis crenatis petiolatis, floribus ternis, caulibus procumbentibus subpilosis. Lob. ic. 491.

In pascuis siccis collium vulgare, nec deest ad moenia urbis inter portam Mediolani, et Mortariae. Vernacule *Camedrio.*

Teucrium lucidum.

Foliis ovatis, inciso-serratis glabris, verticillis dimidiatis, caulibus erectis laevibus.

In montanis umbrosis vallis *di Vegezzo,*

praesertim *alle Vallette*, uti et ad radices montium *di Crodo*.

TEUCRIUM MONTANUM.

Corymbis terminalibus, calycinis dentibus acutis muticis, foliis lanceolatis integerrimis, subtus tomentosis. Lob. ic. 488.

Pascuis arenosis ubique.

Satureja. *Satureja*.

Cor. laciniis subaequalibus: stamina remota.

✠ SATUREJA HORTENSIS.

Pedunculis axillaribus subcymosis, foliis lanceolatis integerrimis, caule brachiato.

In hortis, praesertim urbis spontanea abundat. Vulgo dicitur *Segregiola*.

Nepeta. *Nepeta*.

Cor. labium superius crenatum: faux margine reflexo.

✠ NEPETA CATARIA.

Floribus spicatis, verticellis subpedicellatis, foliis petiolatis cordatis, dentato-serratis. Fl. dan. 580.

In pascuis, et ruderatis. *Erba gatta* vulg.

NEPETA PANNONICA.

Cymis pedunculatis multifloris, foliis lanceolato-oblongis cordatis nudis, corollae lobis lateralibus reflexis. Jacq. aust. 129.

In pascuis apricis *di Craveggia* non frequentem observavi.

Nepeta nuda.

Florum racemis verticillatis nudis, foliis cordato–oblongis sessilibus serratis. Jacq. aust. 24.

In pascuis Padi frequens.

Sideritis. *Sideritide.*

Stigma alterum vaginans alterum.

Sideritis montana.

Herbacea abracteata, calycibus corolla majoribus spinosis, labio superiore trifido. Jacq. aust. 434.

In pascuis montanis supra *Vogogna*, et *Premosello.*

Mentha. *Menta.*

Filamenta distantia recta: cor. subaequalis.

♀ Mentha sylvestris.

Spicis oblongis, foliis oblongis tomentosis sessilibus argute inaequaliter serratis, staminibus corolla longioribus. Lob. ic. 509.

Ad fossas vulgaris. Vern. *Mentastro.*

Mentha viridis.

Spicis oblongis, foliis lanceolatis nudis serratis sessilibus, staminibus corolla longioribus.

Ad vias colium, praesertim *di Fara, Gheme* etc.

Mentha rotundifolia.

Spicis oblongis, foliis subrotundis rugosis, crenatis, sessilibus.

Ad vias ubique.

Mentha hirsuta.

Floribus capitatis, foliis ovatis serratis subsessilibus pubescentibus, staminibus corolla longioribus.

Ad vias oryzarum cum sequente abundat.

Mentha aquatica.

Floribus capitatis, foliis ovatis serratis petiolatis, staminibus corolla longioribus. Lob. ic. 509. f. 1.

Ad aquaeductus vulgaris.

Mentha citrata.

Floribus capitatis, foliis ellipticis obtusis serratis, glabris petiolatis, staminibus corolla brevioribus.

Secus flumen *la Negoja* non rara.

Mentha gentilis.

Floribus verticillatis, foliis ovatis acutis serratis, staminibus corolla brevioribus. Fl. dan. 736.

Secus Aconiam versus *Lumellogno*, uti et secus *la Mora* frequens.

Mentha arvensis.

Floribus verticillatis, foliis ovatis acutis serratis, staminibus corollam aequantibus. Fl. dan. 512.

Ad vias, et campis vulgatissima.

Mentha austriaca.

Floribus verticillatis, corollae laciniis omnibus obtusis, foliis subovatis villosis, staminibus corolla brevioribus. Fl. ped. t. 75. f. 2.

Secus aquaeductum *la Mora* rara, frequens in Valle Sessite usque ad Alpes notante clarissimo *Carestia.*

MENTHA PULEGIUM.

Floribus verticillatis, foliis ovatis obtusis, subcrenatis, caulibus subteretibus repentibus, staminibus corolla longioribus.

Puleggio. Matt. officin.

In campis, et inundatis vulgaris.

Glecoma. *Glecoma.*

Antherarum paria cruciata!

✠ GLECOMA HEDERACEA.

Foliis reniformibus, crenatis. Bull. herb. 241.

In umbrosis ubique, vulgo dicta: *Edera terrestre.*

Lamium. *Lamio.*

Cor. labium inferius utrinque dente setaceo!

LAMIUM MACULATUM.

Foliis cordatis acuminatis, verticillis decem floris.

Galeopsi. Matt. 1189–570.

Ad sepes vulgatissimum. *Ortica morta* vulg.

✠ LAMIUM ALBUM.

Foliis cordatis acuminatis serratis petiolatis, verticillis vigintifloris. Fl. dan. 594.

Cum praecedente crescit.

* LAMIUM PURPUREUM.

Foliis cordatis obtusis, aequaliter obtuse dentatis petiolatis. Fl. dan. 552.

In campis.

LAMIUM AMPLEXICAULE.

Foliis floralibus sessilibus amplexicaulibus obtusis. Fl. dan. 752.

Cum praecedente crescit.

Galeopsis. *Galeopsi.*

Cor. labium inferius supra 2-dentatum!

* GALEOPSIS LADANUM.

Internodiis caulinis aequalibus, verticillis omnibus remotis, calycinis dentibus subulatis aristatis patulis, caule subpubescente.

In pascuis, et agris siccis.

* GALEOPSIS TETRAHIT.

Internodiis caulinis superne incrassatis, verticillis summis subcontiguis, calycibus pungentibus, corollis calyce parum longioribus, caule hirto.

Ad fossas frequens in valle *dell' Arbogna* prope *la Vesca* varietas foliis majoribus, et floribus candidis occurrit.

GALEOPSIS CANABINA.

Internodiis caulinis superne incrassatis, verticillis, summis subcontiguis, calycibus pungentibus, corollis calyce quadruplo longioribus, caule hirto. Fl. dan. 929.

In campis *di Gagliate* ubi linum seritur occurrit.

Betonica. *Betonica.*

Cor. labium superius planum adscendens; tubo cylindrico; stamina longitudine faucis.

✠ * BETONICA OFFICINALIS.

Spica interrupta, corollarum labii lacinia intermedia emarginata. Fl. dan. 726.

In pratis siccis etiam circa urbem.

BETONICA HIRSUTA.

Spica basifoliosa, corollis galea integra. Bar. ic. 340.

In pratis subalpinis uti illi *del Margozzo* non rara.

Stachys. *Stachi.*

Cor. labium inferius lateribus reflexum: stamina deflorata ad latera deflexa.

* STACHYS SYLVATICA.

Verticillis sexfloris, foliis cordatis petiolatis.

Ad fossas, et in sylvis vulgaris.

STACHYS PALUSTRIS.

Verticillis subsexfloris, foliis lineari-lanceolatis semiamplexicaulibus sessilibus.

Ad vias oryzarum ubique verticillis, saepissime decemfloris.

STACHYS ALPINA.

Verticillis multifloris, foliorium serraturis apice cartilagineis, corollis labio plano.

Ad radices alpium vulgaris.

Stachys germanica.

Verticillis multifloris, foliorum serraturis imbricatis, caule lanato. Fl. dan. 684.

In pascuis, et campis etiam hujus urbis.

Stachys recta.

Verticillis subspicatis, foliis cordato-ellipticis crenatis, scabris, caulibus adscendentibus. Jacq. aust. 359.

In pascuis Ticini, Aconiae etc.

Stachys annua.

Verticillis sexfloris, foliis ovato-lanceolatis trinerviis laevibus petiolatis, caule erecto. Jacq. aust. 360.

Ad Ticinum vulgaris.

Stachys arvensis.

Verticillis sexfloris, foliis obtusis nudiusculis, corollis longitudine calycis, caule debili. Fl. dan. 587.

Secus Atison in magna Valle Ossulae, et in arvis frequens.

Ballota. *Balotta.*

Cal. 10-*striatus*: *cor. labium superius fornicatum.*

*Ballota nigra.

Foliis cordatis indivisis serratis, calycibus acuminatis.

In sepibus, et ruderatis frequens.

Ballota alba.

Foliis cordatis indivisis serratis, calycibus subtruncatis.

Cum praecedente crescit, praesertim circa domos *di Gionzagna*, et distincta *calycibus subtruncatis*.

Marubium. *Marrobio*.

Cal. 10–striatus: cor. labium superius rectum.

✠ * Marubium vulgare.

Dentibus calycinis setaceis uncinatis. Sabat. hort. 3. t. 59.

In ruderatis sabulosis villarum, praesertim ad Ticini declivem. *Marobio* officin. vern.

Leonurus. *Leonuro*.

Cor. labium superius erectum indivisum planium: stamina fauce longiora.

Leonurus marubiastrum.

Foliis oblongis dentatis, corollis calyce subpungente vix longioribus, lacinia media labii inferioris subrotunda. Jacq. aust. t. 405.

Secus verbanum ad *Belgirate* unice collegi.

Leonurus galeobdolon.

Foliis subcordatis ovatis dentatis, verticillis sexiloris, corollis calyce subpungenti majoribus, lacinia media, labiis inferioris acuta.

In sylvis umbrosis collium, nec deest in planitie circa urbem *alla Bertona*.

✠ Leonurus cardiaca.

Foliis cuneiformi–ovatis trilobis dentatis, co-

rollis, calyce pungente, majoribus, lacinia media labii inferioris acuta. Fl. dan. t. 727.

Ad sepes, et fossas vulgaris.

Clinopodium. *Clinopodio.*

Involucrum calyces colligens.

* Clinopodium vulgare.

Capitulis subrotundis hispidis, bracteis setaceis. Fl. dan. 930.

In pascuis, et sylvis vallis *Arbogna* varians flore albo, et variegato.

Origanum. *Origano.*

Strobilus calyces colligens.

Origanum creticum.

Spicis aggregatis, longis, prismaticis rectis, bracteis membranaceis, calyce duplo longioribus.

In collibus apricis *di Maggiora*, *Boca* etc.

✠ * Origanum vulgare.

Spicis subrotundis paniculatis conglomeratis, bracteis calyce longioribus ovatis. Fl. dan. 638. *Origano.* Matt. 739-388.

Ad vias glareosas ubique in collibus.

Thymus. *Timo.*

Cal. fauce villis clausus.

✱ Thymus serpyllum.

Floribus capitatis, caulibus repentibus, foliis planis obtusis, basi ciliatis. Sabat. hort. 3. t. 66.

Serpillo offic. Matt. 763. 764. 397.

In pascuis ubique.

Thymus lanuginosus.

Floribus capitatis, caulibus repentibus hirsutis, foliis obtusis villosis.

In rupibus apricis montanis, et collinis.

Thymus acinos.

Floribus verticillatis, pedunculis unifloris, caulibus erectis subramosis, foliis oblongis, acutis, serratis. Lob. ic. 506.

In glareosis fere ubique.

Thymus alpinus.

Verticillis sexfloris, foliis subrotundis obtusiusculis, concavis serratis, corollis inflatis, Jacq. aust. t. 97.

In apricis alpium, praesertim supra *Craveggia* valle Vegetii.

Thymus montanus.

Floribus verticillatis, pedunculis unifloris, caule erecto, ramoso, foliis ovatis integerrimis, calycibus glabris. Clus. hist. 360.

In pascuis montanis uti *alla Colma* frequens.

Melissa. *Melissa.*

Cal. angulatus scariosus: labio superiore adscendente.

✝ Melissa officinalis.

Verticillis dimidiatis, bracteis oblongis pedicellatis, foliis ovatis acutis serratis. Lob. ic. 227.

Ad vias locis pinguibus. Vern. *Melissa cedronella.*

✝ Melissa calamintha.

Pedunculis axillaribus multifloris dichotomis, foliis ovatis, obtusis, argute serratis, utrinque hirsutis, caule hirto. Riv. t. 46.

In montanis, et collinis ad oras sylvarum frequens.

Melissa nepeta.

Pedunculis axillaribus multifloris dichotomo-corymbosis, foliis ovatis, obtusis, subserratis, glabriusculis, caule subhirsuto. Riv. t. 47.

In pascuis, et circa urbem ubique.

Mellitis. *Melitide.*

Cal. tubo corolla amplior: corollae labium superius planum integrum: antherae cruciatae.

Mellitis melissophyllum.

Foliis oppositis ovatis aequaliter dentatis, calyce glabro. Jacq. aust. t. 26.

In nemoribus communis.

Scutellaria. *Scutelaria.*

Cal. fructiferus operculatus

Scutellaria alpina.

Foliis cordatis inciso-serratis, crenatis, spicis imbricatis rotundato–tetragonis, bracteis, flore duplo, brevioribus. Fl. ped. t. 26. f. 3.

Secus vallem *di Bugnanco* praecipue abundat.

Scutellaria galericulata.

Foliis cordato-lanceolatis crenatis, floribus axillaribus. Fl. dan. 637.

Secus Ticinum, et Padum, nec desideratur in sylvis *della Vesca* hujus urbis.

Scutellaria minor.

Foliis cordato-ovatis subintegerrimis, floribus axillaribus.

Ad ripas lacus Cusii versus *Buscione* rara.

Prunella. *Prunella.*

Filamenta omnia apice bifurca.

✠ Prunella vulgaris.

Foliis petiolatis oblongo-ovatis, basi dentatis, calycis labio superiore truncato, triaristato, caule adscendente. Sabat. hort. 3. t. 32. *Consolida minore.* Matt. 1014. 504.

In pratis, et pascuis ubique, varians flore albo, et foliis integerrimis. Vern. *Erba s. Maria.*

PRUNELLA GRANDIFLORA.

Foliis petiolatis oblongo-ovatis, basi dentatis, calycis labio superiore trifido, caule adscendente. Jacq. aust. 377.

In pratis siccis, et ad urbis moenia, ubi abundat varietas laciniata.

DIDYNAMIA ANGIOSPERMA.

Bartsia. *Barzia.*

Caps. 1-locul.: cor. personata: cal. coloratior.

BARTSIA ALPINA.

Foliis oppositis cordatis, obtuse serratis. Fl. dan. 43.

In uliginosis montanis frequens.

Rhinanthus. *Rinanto.*

Caps. 1. 2-locul.: cor. personata: caps. compressa.

RHINANTHUS CRISTAGALLI.

Corollarum labio superiore emarginato bidentato, lacinia media labii inferioris brevissima.

In pratis. Vernacule *Cresta di Gallo.*

Euphrasia. *Eufrasia.*

Caps. 2-locul.: cor. personata: antherae inferiores hinc spinosae.

EUPHRASIA LATIFOLIA.

Foliis ovatis dentato-palmatis, floribus spica-

tis, corollis tubulosis, laciniis labii inferioris obtusis. Sabat. hort. 3. t. 7.

In pratis sterilibus, et inter portam Mediolani, et Mortariae hujus urbis *alla Cunetta*.

✠ Euphasia officinalis.

Foliis ovatis obtuse dentatis, laciniis labii corollae inferioris emarginatis. Bull. herb. 233.

In pratis vulgaris.

Euphrasia salisburgensis.

Foliis lanceolatis setaceo-dentatis, laciniis labii corollae inferioris emarginatis.

In pascuis montanis Ossulae, et Sessitis.

Euphrasia lutea.

Foliis linearibus serratis, superioribus integerrimis, laciniis lateralibus, labii corollae inferioris denticulatis. Jacq. aust. 398.

In pascuis montanis; frequens *alla Colma di Varallo*.

Melampyrum. *Melampiro*.

Caps. 2-locul: cor. personata: semina bina gibbosa.

Melampyrum cristatum.

Spicis quadrangularibus, bracteis cordatis, compactis, denticulatis, imbricatis.

Fl. dan. 1104.

In pascuis sterilibus collium, et montium, sed copiosa *alla Colma*, et monte *Fenera*.

* Melampyrum arvense.

Spicis conicis laxis, bracteis dentato-setaceis coloratis, calycum dentibus scabris, corollis clausis. Sabb. hort. t. 8.

Inter cerealia vulgatissimum.

Melampyrum pratense.

Floribus axillaribus secundis, corollis clausis, foliis lanceolatis, floralibus hastatis.

In pratis *del Margozzo* frequens.

Melampyrum sylvaticum.

Floribus axillaribus secundis, corollis hyantibus, foliis omnibus lanceolatis. Fl. dan. 145.

In sylvis alpium, praesertim illis vallis *di Vedra*, et *Bugnanco*.

Lathraea. *Latrea.*

Caps. 1-locul.: cor. personata: glandula sub germine.

Lathraea squamaria.

Caule simplicissimo, corollis pendulis, labio inferiore trifido. Fl. dan. 136.

In sylvis Padi, et Ticini, nec deest in umbrosis montanis.

Pedicularis. *Pedicolare.*

Caps. 2-locul.: cor. personata: sem. tunicata.

✠ Pedicularis palustris.

Caule ramoso, foliis pinnatis, pinnis pinnatifido dentatis, calycibus ovatis, inflatis bipartitis cristatis, corollae gallea obtusa truncata.

In sylvis Campolati, valle Ticini, loco dicto *alla Porta Lua* raram observavi.

Pedicularis foliosa.

Caule simplici, foliis caulinis profunde-pinnatifidis, pinnis lanceolatis acuminatis pinnatifidis dentatis, spica foliosa, calycibus quinque dentatis, dente superiore maximo, corollae galea obtusissima. Jacq. aust. 139.

In summis alpibus *di Vegezzo* supra *Salecchio* unice collegi.

Pedicularis incarnata.

Caule simplici, foliis profunde-pinnatifidis, pinnis inaequaliter dentatis, lineari-lanceolatis, calycibus villosis quinquefidis, corollae galea uncinata acuminata. Fl. ped. t. 3. f. 2. et t. 4. f. 2.

In summis pascuis alpium vulgatissima.

Pedicularis verticillata.

Caule simplici, foliis caulinis pinnatifidis quaternis, pinnis oblongis, obtusis dentatis, spica capitata, calycibus hirsutis quinque dentatis, corollae galea obtusissima. Jacq. aust. t. 206.

In pratis alpinis vulgaris usque ad illa *di Quarna*, et *Margozzo* descendit.

Pedicularis rosea.

Caule simplici, foliis pinnatis, pinnis pinnatifidis linearibus acutis, calycibus hirsutis quinquefidis, corollae galea obtusa. Fl. ped. t. 3. f. 1.

In summis pascuis montis Mori ego; illis *del Turlo Carestia* collegit.

Pedicularis rostrata.

Caule simplici adscendente, foliis pinnatis, pinnis pinnatifidis dentatis, calycibus quin-

que fidis cristatis, corollae galea uncinato-acuminata truncata. Jacq. aust. 205.

Summis alpibus *d' Allagna* collegit *Carestia*, ego ad *Margozzolo* raram observavi.

Pedicularis tuberosa.

Caule simplici erecto, foliis pinnatis, pinnis profunde pinnatifidis dentatis, calycibus quinque fidis subcristatis, corollae galea uncinata acuminata emarginata.

Summis jugis alpium vulgaris.

Pedicularis giroflexa.

Caule simplici, foliis pinnatis, pinnis profunde pinnatifidis obtusis, calycibus quinque fidis cristatis, corollae galea uncinata obtusa emarginata bidentata. Vill. Delph. 2. t. 9.

Cum praecedente minus frequens.

Pedicularis comosa.

Caule simplici, foliis pinnatis, pinnis pinnatifidis subdentatis, spica foliosa, calycibus quinque fidis, corollae galea bidentata. All. Fl. ped. t. 4. f. 1.

In pratis alpinis frequens, praesertim illis *di Vegezzo*.

Antirrhinum. *Antirrino.*

Caps. 2-locul. cor. personata: subtus nectario prominente.

Antirrhinum cymbalaria.

Foliis cordatis quinque lobis alternis, caule procumbente.

Cimbalaria: Matt.

Ad muros locis umbrosis.

Antirrhinum elatine.

Foliis hastatis alternis, caulibus procumbentibus. Fl. dan. 426.

In arvis vulgare.

Antirrhinum spurium.

Foliis pilosis ovatis alternis, caulibus procumbentibus. Fl. dan. 913.

In arvis collium.

Antirrhinum repens.

Foliis linearibus confertis, inferne quaternis, calycibus capsulae aequalibus.

Ad rupes magnae Ossulae vallis, et in pascuis secus flumen *Atison*.

Antirrhinum supinum.

Foliis subquaternis linearibus, caule diffuso, floribus racemosis, calcare recto.

In pascuis Padi, et Ticini, nec deest ad rupes magnae Vallis Ossulae.

Antirrhinum arvense.

Foliis sublinearibus, inferioribus quaternis, calycibus piloso-viscosis, floribus racemosis, calcare recurvo, caule erecto. Sabat. hort. 3. t. 5.

In arvis, et fossis.

Antirrhinum glaucum.

Foliis quaternis subulatis carnosis, caulibus erectis, floribus spicatis.

Ad rupes collium *di Romagnano*, et *Prato* saepe collegi.

Antirrhinum alpinum.

Foliis quaternis lineari-lanceolatis glaucis, caule diffuso, floribus racemosis, calcare recto.

In umbrosis jugis alpium.

ANTIRRHINUM GENISTIFOLIUM

Foliis lanceolatis acuminatis, paniculo virgata flexuosa. Jacq. aust. 244.

In summis rupibus vallis *di Formazza, alle Casere* uti et in valle *di Vedra* versus *Clarasca.*

* ANTIRRHINUM LINARIA.

Foliis lanceolato-linearibus confertis, caule erecto, spicis terminalibus sessilibus, floribus imbricatis. Bull. herb. t. 261.

Osiride. Matt.

Ad vias ubique.

ANTIRRHINUM MAJUS.

Corollis ecaudatis, foliis lanceolatis oppositis, floribus racemosis, calycinis segmentis glanduloso-pilosis ovatis obtusis. Lob. ic. 404.

Antirrino primo, e secondo. Matt.

Ad muros vulgare, praesertim collinis. Vulgo *Bocca di Leone.*

* ANTIRRHINUM ORONTIUM.

Corollis ecaudatis, floribus subspicatis, calycibus digitatis, corolla longioribus. Lam. illust. t. 531. f. 2.

In arvis collium, nec deest circa urbem.

Anarrhinum. *Anarrino.*

Caps. 2-locul. multivalvis: cor. bilabiata: fauce pervia.

ANARRHINUM BELLIDIFOLIUM.

Foliis radicalibus obovato-lanceolatis obtusis serratis, caulinis partitis integerrimis.

In ericetis Ticini, praesertim versus *Cerano* vulgare.

Scrophularia. *Scrofolaria.*

Caps. 2-locul. cor. resupinata: labio segmento intermedio interno.

✠ Scrophularia nodosa.

Foliis cordatis trinervatis, caule obtusangulo. *Scrofolaria.* Matt. officin.

In umbrosis pinguibus vulgaris.

✠ Scrophularia aquatica.

Foliis cordatis petiolatis decurrentibus obtusis, caule membranis angulato, racemis terminalibus. Fl. dan. 507.

Ad aquaeductus ubique.

Scrophularia canina.

Foliis pinnatis, racemo terminali nudo, pedunculis bifidis. Sabat. hort. 2. t. 98.

In glareosis Aconiae, Terdopii etc.

Digitalis. *Digitale.*

Caps. 2-locul.: cor. campanulata: subtus ventricosa: stamina declinata.

✠ Digitalis purpurea.

Calycinis foliolis ovatis acutis, corollis obtusis, labio superiore integro. Fl. dan. 74.

Ad rupes *di Cima Mullera* dictas, in valle Ossulae unice observavi.

Digitalis lutea.

Calycinis foliolis lanceolatis, corollis acutis, labio superiore bifido. Jacq. hort. t. 105.

Digitalis ambigua.

Calycinis foliolis lanceolatis, corollis galea emarginatis, foliis subtus pubescentibus. Jacq. aust. t. 57.

Ambae in sylvis collium, et montium occurrunt, et in valle *di Strona* elapso anno ipsas tam promiscue observavi, ut varietates non species dixerim.

Lindernia. *Lindernia.*

Caps. 1-locul. cor. ringens: stamina inferiora dente terminali.

Lindernia pixidaria.

Foliis sessilibus integerrimis, pedunculis solitariis.

In oryzis vulgatissima, ubi altitudine maxime variat, et caule erecto.

Erinus. *Erino.*

Caps. 2-locul.: cor. 2-labiata; labio superiore brevissimo reflexo.

Erinus alpinus.

Floribus racemosis, foliis spathulatis. Barr. ic. 25. t. 1192.

In valle *Formazza* supra Crodum; in illa *di Bugnanco* supra montem Ossulanum non frequens.

Limosella *Limosella.*

Caps. 1–locul.: cor. campanulata regularis: sem. plurima.

Limosella aquatica.

Foliis lanceolato–spathulatis, scapis foliis brevioribus. Fl. dan. 69.

In uliginosis lacus Cusii rara, abundat in pratis circa *Luzogno.*

Orobanche. *Succiamele.*

Caps. 1–locul.: cor. subaequalis 4–fida: glandula sub basi germinis.

Orobanche major.

Caule simplicissimo, corollis quadrifidis inflatis, staminibus inferne nudis, stigmate bilobo, lobis distantibus, stylo superne pubescente. Sab. hort. 3. t. 11.

Orobanche. Matt. 311. 363.

In pascuis fere ubique.

Orobanche cariophylacea.

Caule simplici, cor. inflata fimbriato–crispa, labio inferiore, laciniis obtusis aequalibus, staminibus intus, basi hirsutis.

Ex alpibus Sessitis retulit *Carestia.*

OROBANCHE RAMOSA.

Caule ramoso, corollis quinque fidis, bracteis ternis, calycibus brevibus profunde quadrifidis.

In campis Campolati, in cannabis satis, saepe observavi, sed caule frequenter simplici.

FINIS VOL. I.

SEZIONE

Della composizione di

§. I.

Un uomo sano, robusto, spese dello Stato, ed addes stier dell' armi, vien detto *soldato*. Chiamasi *esercito* una n di esso loro parte a piedi e parte ordinati per far guerra.

Lo scopo, a cui tende ogni arm è senza dubbio quello di vincere. avrebbe altrimenti potuto consegu toria, se non avesse avuto in se mezzi per sorpassare gli ostacoli, cl renti, fiumi, monti, città, villaggi, simili, pongono ad ogni passo al cors sue operazioni. La necessità ha dun chiesto, che le due principali classi





§. XXXI.

Non v'è pressocchè alcuna malattia, che sia simulata più comunemente quanto l'epilessia; sia perchè passato l'accesso si può mostrarsi sanissimo; sia perchè molti fenomeni si possono di leggieri imitare, siccome sono, con un'affettata insensibilità, l'abolizione dei sensi, il rossore del volto sopprimendo la respirazione, e la spuma alle labbra con tener sapone in bocca. Talvolta l'epilessia si risolve in un sonno passaggero, o in una sensazione di stanchezza senza abnormi movimenti dei muscoli volontari. Ma sotto questa forma niuno si propone di simularla.

Per distinguere la vera dalla finta epilessia, il più sicuro criterio consiste nell'immobilità della pupilla inseparabile dalla vera, e che niuno con arte può imitare. Le punture, l'improvvisa precipitazione del soggetto nell'acqua, l'adustione, ed altri consimili spaventevoli, e tormentosi mezzi disconvengono all'umanità, ed allo stato di civilizzazione attuale, e sono ancora insufficienti

FLORA ACONIENSIS

SEU PLANTARUM

IN NOVARIENSI PROVINCIA

SPONTE NASCENTIUM DESCRIPTIO

AUCTORE

JOANNE BIROLI NOVARIENSI

MEDICINAE DOCTORE

IN LYCEO-CONVICTU AGRICULTURAE

ET BOTANICES PROFESSORE

PLURIUM ACADEMIARUM SOCIO

AGRARII NOVARIENSIS SOCIETATIS HORTI

PRAESIDE.

VOL. II.

1808.

EX TYPOGRAPHIA VIGLEVANENSI.





CLASSIS XV. ORD. I.

TETRADYNAMIA SILICULOSA.

Myagrum. *Miagro.*

Silicul. valvulis concavis: stylus persistens.

* Myagrum sativum.

Siliculis obovatis pedunculatis polyspermis, foliis amplexicaulibus pilosis integerrimis. *Miagro falso.* Matt.

In campis *di Gagliate* rara, seritur in Provincia Viglevanensi, ubi vulgo appellatur *Somenzina.*

Myagrum paniculatum.

Siliculis subrotundo-globosis, reticulato-rugosis, foliis lanceolatis subdentatis sagittatis amplexicaulibus. Fl. dan. 204.

Secus vias praesertim Mediolani.

Myagrum saxatile.

Siliculis lentiformibus, obovatis glabris, foliis petiolatis oblongis serratis scabris, caule paniculato. Jacq. aust. 128.

Ad rupes magnae Vallis Sessitis non rara, uti secus Torrentem *Mastallone.*

Bunias.

Silicul. tetraedra: evalvis: 2–seu 4–locul. rugosa.

Bunias erucago.

Siliculis tetragonis subdentatis, foliis radicalibus runcinatis, caulinis lanceolatis. Jacq. aust. 340.

Inter cerealia ubique.

Bunias cochleariojdes.

Siliculis ovatis obtusiusculis subrugosis, foliis radicalibus oblongis, caulinis sagittatis amplexicaulibus. Barr. ic. 1252.

Ad vias sabulosas Lumellinae frequens.

Draba. *Draba.*

Silicula valvulis planiusculis: stylus nullus.

Draba ajzojdes.

Foliis lanceolatis rigidis carinatis, margine ciliatis, petalis calyce duplo longioribus. Jacq. aust. t. 192.

In summis rupibus alpinis, praesertim vallis *di Vedria*, et *Bugnanco*.

Draba alpina.

Scapo nudo simplici, foliis lanceolatis integerrimis. Fl. dan. t. 56.

Alpibus Sessitis, praesertim ad Turlum collegit *Carestia*, ego ad montem Morum raram observavi.

Draba verna.

Foliis oblongis acutiusculis subserratis subhirtis, scapo nudo, petalis bifidis, stigmate sessili. Lob. ic. 469.

In campis, et ad vias ubique.

Draba stellata.

Foliis oblongis obtusiusculis, canis pubescentibus integerrimis dentatisve, scapo subunifloro erecto. Jacq. aust. 432.

In pascuis *d' Allagna Carestia*, ego circa Crodum collegi.

Draba pyrenaica.

Scapo nudo, foliis cuneiformibus palmatis trilobis. Jacq. aust. 228.

Ad montem *Rosa* collegit *Carestia*.

Draba muralis.

Caule ramoso, foliis ovatis amplexicaulibus dentatis, siliculis patentibus glabris. Barr. ic. 816.

In collibus vulgaris, nec deest in declivibus Ticini.

Lepidium. *Lepidio.*

Silic. cordata: valvulis acute carinatis.

Lepidium nudicaule.

Scapo nudo simplicissimo, floribus tetrandris, foliis pinnatifidis.

In ericetis *di Romentino* non frequens.

Lepidium alpinum.

Foliis pinnatis integerrimis glabris, caule florifero nudo, adscendente, petalis calyce ma-

joribus, siliculis lanceolatis mucronatis. Jacq. aust. t. 137.

Summis alpibus ad nivem deliquescentem.

LEPIDIUM IBERIS.

Floribus diandris tetrapetalis, foliis inferioribus lanceolatis serratis, superioribus linearibus integerrimis.

Lepidio di Dioscoride Matt. 642. 340.

Ad vias praesertim cretaceas ubique.

LEPIDIUM PETREUM.

Foliis pinnatis integerrimis, petalis emarginatis, calyce minoribus. Jacq. aust. 131.

Ad Sessitem clarissim. *Carestia*, ego ad Atison prope Domum Ossulae observavi.

Thlaspi. *Tlaspi.*

Silic. obovata: valvulis marginato-crenatis.

✠ * THLASPI ARVENSE.

Siliculis orbiculatis, foliis oblongis, dentatis, glabris.

Ad vias sabulosas *della Lumellina*, praesertim *a Garlasco*, *Gruppello* etc.

THLASPI ALLIACEUM.

Siliculis subovatis ventricosis, foliis oblongis, obtusis, dentatis, glabris. Jacq. ic. rar. 1. t. 121.

Ad vias collium, nec desideratur ad illam *della Biandrina.*

THLASPI SAXATILE.

Siliculis subrotundis, foliis lanceolato-linearibus obtusis, carnosis. Jacq. aust. t. 236.

In pascuis Ticini ad Viglevanum unice, et rarum.

Thlaspi campestre.

Siliculis subrotundis, foliis sagittatis, dentatis, incanis.

Ad viam *della Bicocca* hujus urbis.

Thlaspi montanum.

Siliculis obcordatis, foliis glabris, radicalibus subcarnosis obovatis integerrimis, caulinis oblongis amplexicaulibus subsagittatis, corollis calyce majoribus. Jacq. aust. 237.

In montuosis *di Varallo*, *Borgosesia*, *Cellio* etc. non frequens.

Thlaspi perfoliatum.

Siliculis obcordatis, foliis caulinis cordatis glabris, subdentatis, petalis longitudine calycis, caule ramoso. Jacq. aust. 237.

In arvis collium vulgare.

✠ Thlaspi bursapastoris.

Siliculis obcordatis, foliis radicalibus pinnatifidis. Fl. dan. 729.

Ubique vulgo dicta *Borsa del Pastore*.

Iberis. *Iberide*.

Petala duo: exteriora majora.

Iberis saxatilis.

Frutescens, foliis pubescentibus, acutis, integerrimis, inferioribus linearibus, superioribus lanceolatis.

Ad rupes magnae vallis Ossulae versus *Pallanzano* raro.

Iberis rotundifolia.

Herbacea, foliis subcarnosis, obtusis, inferioribus petiolatis, subrotundo-ovatis, caulinis oblongis amplexicaulibus. Fl. ped. t. 55. f. 2.

Ad rupes editiores montis Mori copiosa crescit, ad montem *Rosa* varietatem vix semipollicarem collegit amicus *Carestia.*

Iberis nudicaulis.

Herbacea, foliis sinuatis, caule nudo simplici. Lob. ic. 221.

In ericetis Ticini, et Burgimaneri non frequens.

Alyssum. *Alisso.*

Filamenta quaedam latere interiore dente notata: siliqua bilocularis.

Alyssum argenteum.

Caulibus erectis suffruticosis, foliis spathulato-oblongis, subtus canis, racemis paniculatis, siliculis ovatis incanis. Fl. ped. t. 54. f. 3.

In montuosis magnae vallis Ossulae, ut et in valle *di Vegezzo*, et in circumdariis *di Canobbio* locis apricis.

Alyssum alpestre.

Caulibus adscendentibus suffruticosis, foliis subrotundo spathulatis incanis, racemis corymbosis.

In circumdariis montis *Rosa Carestia*, ad rupes vallis *di Vedria* ego copiosam vidi.

Alyssum incanum.

Caule erecto, foliis lanceolatis incanis integerrimis, floribus corymbosis, petalis bifidis.

In montuosis *di Ameno* versus *i Frati.*

ALYSSUM CALYCINUM.

Caulibus herbaceis, staminibus omnibus dentatis, calycibus persistentibus. Jacq. aust. 338.

Secus Atson, et Ticinum, in pascuis, et ericetis non rarum.

ALYSSUM MONTANUM.

Caulibus herbaceis diffusis, foliis incanis, inferioribus ellipticis acutis, superioribus sublanceolatis, racemo simplici. Barr. ic. 807.

Alpibus Sessitis collegit *Carestia.*

Biscutella. *Biscotella.*

Silicula biloba: supra infraque: margine carinato.

BISCUTELLA AURICULATA.

Calycibus nectario utrinque gibbis, siliculis in stylum coeuntibus. Barr. ic. 250.

In pratis apricis *d' Allagna, Scopa* etc. *Carestia* observavit.

BISCUTELLA APULA.

Siliculis scabris, foliis lanceolatis sessilibus serratis.

In pascuis montanis, praesertim *d' Intrasca*, et *Canobbio.*

TETRADYNAMIA SILIQUOSA.

Dentaria. *Dentaria.*

Siliqua valvis revoluto dehiscentibus.

Dentaria bulbifera
Foliis inferioribus pinnatis, summis simplicibus. Fl. dan. t. 367.
In silvis subalpinis copiosa.

Dentaria pinnata.
Foliis omnibus pinnatis, foliolis oblongis acuminatis aequaliter dentatis.
In sylvis collium frequens usque ad alpes ascendit.

Dentaria pentaphyllos.
Foliis digitatis. Gesn. fasc. 1. t. 1. f. 1.
Cum praecedente minus frequens.

Cardamine. *Cardamine.*

Siliq. dehiscens: valvulis revolutis.

Cardamine bellidifolia.
Foliis simplicibus subrotundo ovatis integerrimis, petiolis longissimis, caule florifero foliorum longitudine. Fl. dan. t. 20.
In summis alpium, praesertim ad montem Morum occurrit, sed rara.

Cardamine alpina.
Foliis simplicibus oblongo-ovatis integerrimis, caule florifero, foliis altiore. Fl. ped. t. 18. f. 3.

Ad rupes umbrosas alpium vulgaris.

Cardamine resedifolia.

Foliis inferioribus indivisis, superioribus trilobis pinnatisque. Fl. ped. t. 57. f. 2.

Ad nivem deliquescentem alpium fere ubique, sed usque ad *Credo* descendit.

Cardamine thalictroides.

Foliis simplicibus ternatis pinnatisque, foliolis obtusis quinis trilobis. Fl. ped. t. 57. f. 1.

Alpibus Sessitis clarissimus *Carestia*, ego in editioribus *di Quarna*, et *Campello*.

Cardamine impatiens.

Foliis pinnatis incisis stipulatis, floribus apetalis. Fl. dan. 735.

In umbrosis collium ubique.

Cardamine parviflora.

Foliis pinnatis exstipulatis, foliolis linearibus integerrimis obtusis, floribus corollatis.

In pascuis ubique.

Cardamina hirsuta.

Foliis pinnatis, floribus tetrandris. Fl. dan. 148.

In pratis spongiosis *d' Isarno*, et *Mosezzo*.

✠ Cardamine pratensis.

Foliis pinnatis, foliolis radicalibus subrotundis, caulinis lanceolatis.

In pratis, et fossis aquosis.

Sisymbrium. *Sisembro.*

Siliq. dehiscens: valvulis rectiusculis: cal. patulus.

✠ Sisymbrium nasturtium.

Siliquis declinatis, foliis pinnatis, foliolis subcordatis. Fl. dan. 690.

Sisembro acquatico. Matt. 516. 292.

In aquis fontanis dicta *Nasturtio Grassone.*

Sisymbrium palustre.

Siliquis declinatis oblongo-ovatis, foliis pinnatifidis serratis, petalis calyce brevioribus. Fl. dan. t. 409.

In pratis spongiosis *di Ornavasso* raro crescit.

Sisymbrium sylvestre.

Siliquis declinatis, foliis pinnatis, foliolis lanceolatis serratis. Fl. dan. t. 931.

In pratis spongiosis *di Ornavasso* unice occurrit.

Sisymbrium amphibium.

Siliquis declinatis oblongo-ovatis, foliis oblongo-lanceolatis, vel pinnatifidis serratis, petalis calyce longioribus. Fl. dan. 984.

Secus aquaeductus vulgare maxime varians foliorum forma.

Sisymbrium pyrenajcum.

Siliquis subovatis, foliis inferioribus lyratis; superioribus bipinnatifidis amplexicaulibus, stylis filiformibus. Fl. ped. t. 18. f. 1.

In pratis siccis, uti *all' Arbogna*, et illis circà urbem frequens.

✠ * Sisymbrium sophia.

Petalis calyce minoribus, foliis decomposito-pinnatis. Fl. dan. 528.

Ad vias praesertim Mediolani, et ruderatis.

Sisymbrium columnae.

Foliis runcinatis dentatis, et caule villosis subincanis, siliquis erectis. Jacq. aust. 323.

In pascuis Burgimaneri, et *Maggiate*.

Erysimum. *Erisimo.*

Siliqua tetragona.

✠ * Erysimum officinale.

Siliquis spicae adpressis, foliis runcinatis. Fl. dan. 560.

Erisimo officin.

Ad vias, et ruderatis ubique.

* Erysimum barbarea.

Foliis inferioribus lyratis, lobo terminali rotundato, superioribus obovatis dentatis.

In pratis, et fossis vulgare.

✠ Erysimum alliaria.

Foliis cordatis.

Alliaria officin.

In sepibus praesertim ad colles.

Cheiranthus. *Cheiranto.*

Siliq. germine utrinque glandula notato.

Cheiranthus erysimojdes.

Foliis lanceolatis, dentatis, nudis, caule recto

simplicissimo, siliquis tetragonis. Jacq. aust. 74.

In pascuis supra *Premosello* unice, et rarus crescit.

Cheiranthus alpinus.

Foliis linearibus integris subtomentosis.

Rupibus apricis alpium frequens.

Arabis. *Arabe.*

Glandulae 4–intra foliola calycinia: stigma simplex.

Arabis alpina.

Foliis oblongis lanceolatis amplexicaulibus acute dentatis. Fl. dan. 62.

In umbrosis inter montem *Rosa*, et *Turlo* abundans, nec deest similibus locis alpium.

Arabis thaliana.

Foliis radicalibus oblongis petiolatis, caulinis lanceolatis sessilibus, caule erecto, basi hirto, petalis calyce duplo longioribus. Bar. ic. 269.

In arvis ubique altitudine varians.

Arabis caerulea.

Foliis obovatis, apice dentatis, caule subdiphillo, racemo cernuo. Fl. ped. t. 40. f. 2.

In cacuminibus montis Mori unice observavi.

Arabis turrita.

Foliis amplexicaulibus, siliquis decurvis, planis linearibus, margine incrassatis. Jacq. aust. t. 11.

In sylvis collium vulgaris.

Arabis aspera.

Foliis amplexicaulibus obtusis scaberrimis, siliquis erectis strictis teretiusculis. Fl. ped. t. 2. f. 2.

In pascuis, et declivibus Ticini rara occurrit.

Turritis. *Turritide.*

Petala erecta.

Turritis glabra.

Foliis radicalibus dentatis hispidis, caulinis integerrimis amplexicaulibus glabris.

In pascuis glareosis fere ubique.

Turritis hirsuta.

Foliis omnibus hispidis, caulinis amplexicaulibus, medio-dentatis, ramis erectis strictis. Jacq. ic. rar. t. 126.

Ad muros, et in pascuis collinis.

Brassica. *Cavolo.*

Glandulae 2-intra stamina breviora: 2-extra stamina longiora.

Brassica erucastrum.

Foliis runcinatis, caule hispido siliquis laevibus.

In pascuis collium Verbani frequens, nec deest secus Padum.

Brassica campestris.

Radice, cauleque tenui, foliis cordato acu-

minatis amplexicaulibus inferioribus lyratis dentatis subhispidis. Fl. dan. t. 550.

In campis sabulosis *della Lumellina* non frequens.

BRASSICA ALPINA.

Foliis caulinis cordato-sagittatis amplexicaulibus radicalibus ovatis, petalis erectis. Villar. Delph. 36.

In alpibus frequens.

Sinapis. *Senape.*

Siliqua dehiscens: cal. horizontaliter patens.

SINAPIS ARVENSIS.

Siliquis multangulis toroso-turgidis, rostro ancipite longioribus. Fl. dan. 753.

In arvis praesertim Lumellinae.

✠ SINAPIS NIGRA.

Siliquis glabris racemo adpressis.

Senape officin.

In arvis collium Verbani vulgaris.

Raphanus. *Rafano.*

Siliqua articulata.

RAPHANUS RAPHANISTRUM.

Foliis lyratis, siliquis teretibus articulatis laevibus unilocularibus. Fl. dan. t. 678.

Inter cerealia in campis argillosis.



CLASSIS XVI.

MONADELPHIA PENTANDRIA.

Erodium. *Erodio.*

Monogynia: arilli 5-monospermi ad basim receptaculi rostrati: cal. 5-phyllus: cor. 5-petala: nectar. squamae 5.

Erodium ciconium.

Pedunculis multifloris, foliis pinnatis, pinnis pinnatifidis dentatis, petiolo communi inter pinnas, dentato, petalis oblongis obtusis binis emarginatis, caule adscendente. Jacq. hort. 18.

Ad rupes apricas collium *di Maggiora*, *Gozzano*, et *Baveno*.

Erodium cicutarium.

Pedunculis multifloris, foliis pinnatis, pinnis pinnatifidis, incisis, corollis calyce, majoribus caule hirto prostrato. Cav. Diss. 4. t. 95 f. 1.

In pascuis ubique.

Erodium moschatum.

Pedunculis multifloris, foliis pinnatis, pinnis subpetiolatis oblongis inciso-dentatis, petalis

calycem aequantibus, caule procumbentibus. Lob. ic. 658.

In pascuis apricis collium, praesertim secus Verbani, et Cusii Lacus.

Erodium praecox.

Acaule, pedunculis bifloris, foliis pinnatis, pinnis oblongis obtusis inaequaliter dentatis, petalis calyce duplo majoribus. Cav. Diss. 5. t. 126. f. 2.

Ad viam *della Bicocca* hujus urbis pulcherrime crescit.

MONADELPHIA DECANDRIA.

Geranium. *Geranio.*

Monogynia: arilli 5-monospermi ad basim receptaculi rostrati: cal. 5-phyllus: cor. 5-petala.

Geranium sanguineum.

Pedunculis unifloris, foliis quinque partitis trifidis orbiculatis. Fl. dan. 1107.

In sylvis collinis vulgare.

Geranium macrorhizum.

Pedunculis bifloris, calycibus globoso-inflatis, petalis integris, foliis quinque lobis dentatis, caule dichotomo. Jacq. ic. 1. t. 134.

Ex monte *Turlo* retulit *Carestia.*

Geranium reflexum

Pedunculis bifloris, foliisque alternis, petalis reflexis laciniatis longitudine calycis muticis. Bar. ic. 39.

Ad sepes inter *la Bicocca*, et *Olengo* observatur.

Geranium nodosum.

Pedunculis bifloris, petalis emarginatis, foliis caulinis, trilobis serratis, lobis oblongis acuminatis, caule tetragono, arillis undique pilosis aequalibus. Cav. Diss. 4. t. 80. f. 1.

In sylvis collinis vulgare.

Geranium sylvaticum.

Pedunculis bifloris, foliis subpeltatis quinque lobis inciso-serratis, caule erecto corymboso, petalis subemarginatis. Fl. dan. 124.

Ad radices montium praesertim *d' Intrasca*, et *Canobbio* non rarum.

Geranium aconitifolium.

Pedunculis bifloris, foliis subpeltatis septem partitis, lobis laciniatis, caule adscendente, petalis calyce majoribus, calycibus, et pedunculis villosis. Villars. Delph. 3. t. 40.

Alpibus Sessitis collegit *Carestia*.

Geranium pyrenaicum.

Pedunculis bifloris, foliis reniformibus 7-lobis, lobis oblongis obtusis trifidis, laciniis tridentatis, caule erecto ramoso, petalis emarginatis. Cav. Diss. t. 79. f. 2.

In pratis *del Campello* descendens versus *Rimella* frequens.

Geranium lucidum.

Pedunculis bifloris, foliis quinquelobis, rotundatis, calycibus transverse corrugatis, capsulis multicarinatis. Fl. dan. t. 218.

Ad rupes *d' Intragna* unice vidi.

Geranium molle.

Pedunculis bifloris, foliis reniformibus radicalibus novem lobis, caulinis septem lobis, lobis trifidis, petalis bifidis longitudine calycis mutici, arillis glabris transversim rugosis. Fl. dan. 679.

Ad vias, et circa urbem.

Geranium columbinum.

Pedunculis bifloris, folio longioribus, foliis quinque partitis, lobis multifidis linearibus, petalis emarginatis, longitudine calycis aristati, arillis glabris laevibus. Vaill. Paris. t. 15. f. 4.

Ad vias, muros, et pascua.

Geranium dissectum.

Pedunculis bifloris, foliis quinque partitis, lobis trifidis linearibus, petalis emarginatis longitudine calycis aristati, arillis pilosis, pilis glanduliferis. Vaill. Paris. t. 15. f. 2.

Ad sepes frequens.

Geranium rotundifolium.

Pedunculis bifloris, petalis integris longitudine calycis aristati, foliis radicalibus reniformibus, septem lobis, caulinis subrotundis, basi truncatis quinque lobis trifidis, arillis hirsutis. Cav. Diss. 4. t. 93. f. 2.

In campis, et pratis vulgare.

Geranium pusillum.

Pedunculis bifloris, floribus pentandris, petalis emarginatis longitudine calycis mutici, foliis sub septem lobis trifidis, arillis pubescentibus. Vaill. Paris. 79. t. 15. f. 1.

In pratis sterilibus, pascuis, et declivis Ticini non frequens.

✠ Geranium robertianum.

Pedunculis bifloris, foliis ternatis quinatisque trifido-pinnatifidis, petalis integris, calyce aristato duplo longioribus, arillis reticulatis. Fl. dan. 694.

Ad vias collium vulgare, nec deest circa urbem.

MONADELPHIA POLYANDRIA.

Althaea. *Altea.*

Polygyna: cal. exterior 6–9-fidus: capsulae monospermae verticillatae.

✠ * Althaea officinalis.

Foliis tomentosis oblongo-ovatis obsolete trilobis dentatis. Fl. dan. 530.

Altea officin.

In valle Ticini abundat, nec rara in valle *d' Arbogna*, et secus aquaeductus.

Malva. *Malva.*

Polygyna: cal. exterior 3-phyllus: caps. monospermae verticillatae plures.

✠ * Malva rotundifolia.

Caule prostrato, foliis cordato-orbiculatis obsolete quinque lobis, pedunculis fructiferis declinatis. Fl. dan. 721.

Ad semitas, et in ruderatis.

* Malva sylvestris.


Caule erecto herbaceo, foliis septem lobatis acutis, pedunculis, et petiolis pilosis. Lob. ic. 650.

Ad vias, et fossis umbrosis vulgo dicta *Malva*.

✠ Malva alcea.

Caule erecto, foliis inferioribus angulatis, superioribus quinque partitis scabriusculis, calycis exterioris, foliolis oblongis obtusis. Sab. hort. 1. t. 48.

Secus aquaeductus vulgaris.



CLASSIS XVII.

DIADELPHIA HEXANDRIA.

Fumaria. *Fumaria.*

Cal. 2-phyllus: cor. ringens: basi gibbosa nectarifera: filamenta antheris 3.

✠ Fumaria bulbosa.

Caule simplici, racemo terminali, bracteis oblongis, pedunculo longioribus, foliis biternatis oblongis acutiusculis, radice tuberosa cava. Fl. dan. 605.

Altra Fumaria. Matt. 1218. 581.

In nemoribus collium vulgaris.

Fumaria halleri.

Caule simplici, racemo terminali, bracteis cuneatis digitatis, pedunculo longioribus, foliis biternatis, radice tuberosa.. Fl. dan. 1224.

Ad radices montium vallis *di Vegezzo* non frequens.

✠ * Fumaria officinalis.

Caule ramoso diffuso, siliquis globosis monospermis retusis, foliis supradecompositis, foliolis cuneiformi lanceolatis incisis.

Fumaria officin.

Ad muros, praesertim circa urbem vulgo dicta *Fumaria selvatica*.

FUMARIA SPICATA.

Caule ramoso erecto, siliquis oblongis compressis monospermis, foliis supra decompositis, foliolis tripartitis filiformibus. Barr. ic. 41.

In arvis pinguibus, sed praeceteris in hortis vulgo dicta *Fumaria*.

DIADELPHIA OCTANDRIA.

Polygala. *Poligala*.

Cal. 2-laciniae alaeformes: cor. vexillum cylindricum: stamina connexa: capsula obcordata: 2-locularis.

✱ POLYGALA AMARA.

Floribus cristatis, racemosis, alis calycinis trinerviis obtusis, corolla longioribus, caulibus erectiusculis, foliis obtusis radicalibus obovotis. Vaill. paris. t. 32. f. 2.

In pascuis *di Scopello*, et *Rima* uti illis *di Scopa*, et *Allagna* cum amico *Carestia* saepe observavi.

POLYGALA VULGARIS.

Floribus cristatis, racemosis, alis calycinis trinerviis, obtusis, longitudine corollae, caulibus procumbentibus, foliis lineari-lanceolatis acutiusculis. Fl. dan. 516.

In pratis siccis ubique.

POLYGALA CHAMAEBUXUS.

Floribus imberbibus, pedunculis terminalibus

axillaribusque subbinoris, caule fruticoso, foliis oblongo-lanceolatis acutis. Jacq. aust. 255.

Ad oras sylvarum in montanis, sed copiosa inter *Borgosesia*, et *Varallo*.

DIADELPHIA DECANDRIA.

Spartium. *Sparzio.*

Filamenta adhaerentia germini: stigma adnatum villosum.

** Spartium scoparium.*

Foliis ternatis, solitariisque oblongis, floribus axillaribus, leguminibus margine pilosis, ramis angulatis. Fl. dan. 313.

In ericetis vulgatissima dicta *Genestrone*.

Genista. *Ginestra.*

Pistillum deprimens carinam: stigma involutum.

* Genista tinctoria.

Foliis lanceolatis glabris, ramis teretibus striatis erectis, leguminibus glabris. Riv. t. 67.

In pratis siccis etiam circa urbem, vulgo *Ginestrella*.

Genista ovata.

Foliis oblongo-ovatis, leguminibusque hirsutis, ramis teretibus striatis.

Ad vias, et pascuis siccis.

Genista pilosa.

Foliis lanceolatis complicatis, pedunculis axil-

laribus brevissimis, corollis pilosis, caule tuberculato striato procumbente. Jacq. aust. 208.

Ad rupes apricas montanas, uti ad foveas graniti rubri *di Baveno*.

Genista germanica.

Spinis verrucoso-compositis, ramis floriferis inermibus, foliis lanceolatis hirsutis, racemis terminalibus nudis, carina pubescente.

Secus flumen Atison supra *Vogogna* et *al Riale dell' Inferno* prope *Vogogna* non rara.

Ononis. *Ononide*.

Legum rhombeum, sessile: vexillum striatum.

Ononis antiquorum.

Floribus solitariis foliolo majoribus, foliis inferioribus ternatis lanceolatis, apice dentatis, ramisque spinosis glabris.

In pascuis Padi non frequens.

Ononis spinosa.

Floribus subgeminatis axillaribus, foliis inferioribus ternatis lanceolatis serratis, ramisque spinosis villosis. Fl. dan. 783.

In pascuis, et pratis siccis ubique.

* Ononis hircina.

Floribus geminatis, foliis inferioribus ternatis ellipticis serratis pubescentibus, caule inermi villoso-viscoso. Jacq. hort. 93.

In pratis collium vulg. nec deest circa Novariam.

Ononis minutissima.

Floribus subsessilibus lateralibus, foliis ternatis

cuneatis, glabris, stipulis setaceis integerrimis, calycibus scariosis, corolla longioribus Barr. ic. 1107.

Ad rupes collium inter *Lesam*, et *Fariolo* uti et *alla Colma* non frequens.

Ononis cenisia.

Pedunculis muticis unifloris, foliis ternis cuneatis, stipulis serratis, caulibus prostratis. Fl. ped. t. 10. f. 3.

Ad rupes alpinas frequenter collegit *Carestia* in valle Sessite; ego in illa *di Vegezzo* inter *Solsogno*, et *Salechio*.

Ononis pinguis.

Pedunculis unifloris aristatis, folio longioribus, aristis longitudine corollae, foliis ternatis lanceolatis, apice serratis, stipulis lanceolato-subolatis.

In magna valle Ossulae ad rupes, et secus Atison frequens.

Ononis natrix.

Pedunculis unifloris aristatis, folio longioribus, foliis ternatis viscosis oblongis, apice dentatis obtusis, stipulis oblongo-lanceolatis, caule suffruticoso. Lob. ic. 28.

Secus Aconiam, et Ticinum.

Anthyllis. *Antillide.*

Cal. turgidus: includens siliquam.

* Anthillis vulneraria.

Herbacea, foliis pinnatis inaequalibus, capitulo duplicato. Lam. illust. t. 615.

In pratis siccis, et ad moenia hujus urbis, varians flore luteo, rubente, et variegato.

ANTHILLIS MONTANA.

Herbacea, foliis pinnatis aequalibus, capitulo terminali secundo, floribus obliquatis. Jacq. aust. t. 334.

Alpibus vallis *di Vegezzo*.

Orobus. *Orobo*.

Stylus linearis teretiusculus supra villosus.

OROBUS LUTEUS.

Foliis pinnatis quadri, vel quinque-jugis oblongis, subtus glaucis, stipulis semisagittatis, basi dentatis, caule simplici.

Ad radices alpium, sed inveni etiam in pratis *di Ornavasco*, et *Gravellona*.

OROBUS VERNUS.

Foliis pinnatis trijugis ovatis acuminatis, stipulis semisagittatis integerrimis, caule simplici.

In sylvis collinis, nec deest in illis vallis Ticini, varians flore albo, et purpureo.

* OROBUS TUBEROSUS.

Foliis pinnatis tri-quadrijugisve lanceolatis, stipulis semisagittatis integerrimis, caule alato.

Vulgaris in sylvis, et fossis oryzarum.

OROBUS ALBUS.

Foliis bijugis ensiformibus petiolatis, stipulis simplicibus, caule simplici. Jacq. aust. t. 39.

In sylvis *della Vesca* hujus urbis.

OROBUS NIGER.

Caule ramoso, foliis sexjugis ovato-oblongis.

In pratis, et sylvis.

Lathyrus. *Latiro.*

Stylus supra planus villosusque.

LATHYRUS APHACA.

Pedunculis unifloris, cyrrhis aphyllis, stipulis sagittato-cordatis. Lob. p. 70. f. 2.

Inter segetes.

LATHYRUS SPHAERICUS.

Pedunculis unifloris aristatis, cyrrhis diphyllis simplicissimis ensiformibus.

In pratis siccis, et arvis etiam circa hanc urbem.

LATHYRUS HIRSUTUS.

Pedunculis subtrifloris, cyrrhis diphyllis, foliolis lanceolatis, leguminibus hirsutis, seminibus scabris.

In arvis vallis Sessitis observavit clarissimus *Carestia.*

LATHYRUS PRATENSIS.

Pedunculis multifloris, cyrrhis diphyllis simplicissimis, foliolis lanceolatis. Fl. dan. 527.

In pratis vulgaris.

LATHYRUS SYLVESTRIS.

Pedunculis multifloris, cyrrhis diphyllis, foliolis ensiformibus internodiis membranaceis. Fl. dan. 325. 785.

In sylvis collium, et illis *della Bertona* hujus urbis varians foliis latioribus.

Vicia. *Veccia.*

Stylus sub stygmate barbatus.

Vicia dumetorum.

Pedunculis multifloris, foliolis reflexis ovatis, mucronatis, stipulis subdentatis.

In montanis *di Varallo*, et *Borgosesia* abundat.

Vicia sylvatica.

Pedunculis multifloris, folio longioribus, foliolis ellipticis, stipulis lunatis seteceo-dentatis. Fl. dan. 277.

In sylvis montanis fere ubique.

Vicia cassubica.

Pedunculis multifloris, folio brevioribus, foliolis oblongis subpubescentibus, stipulis semisagittatis integerrimis lanceolatis. Jacq. aust. 229.

In circumdariis *d' Allagna* collegit *Carestia*, uti ego inter *Rima*, et *Rimella*.

Vicia cracca.

Pedunculis multifloris, folio longioribus, floribus imbricatis, foliolis lanceolatis obtusis, stipulis semisagittatis lineari-subulatis integerrimis.

In arvis, et pascuis vulgaris.

* Vicia ervilia.

Pedunculis subbifloris aristatis, folio brevioribus, foliolis oblongis truncatis, glabris stipulis hastatis.

In arvis *di Candia*, *Breme* etc. versus Padum non frequens.

* VICIA SATIVA.

Leguminibus sessilibus, subbinatis, foliolis oblongo-ovatis truncatis, mucronatis, stipulis dentatis notatis. Fl. dan. 552.

Inter segetes vulgo dicta *Vescia.*

VICIA LATHYROIDES.

Leguminibus sessilibus, solitariis erectis glabris, foliolis senis inferioribus obcordatis. Fl. dan. 58.

Secus aquaeductus, et pratis oryzarum non rara.

VICIA LUTEA.

Leguminibus sessilibus solitariis reflexis pilosis, caulibus diffusis, stipulis coloratis, vexillo glabro. Moris. hist. 2. s. 2. t. 21. f. 5.

In campis arvis, et dumetis.

VICIA HYBRIDA.

Leguminibus sessilibus reflexis pilosis pentaspermis, corollae vexillis villosis. Jacq. aust. 146.

In agris *di Arona*, et *Mejna.*

VICIA SEPIUM.

Leguminibus pedicellatis, subquaternis erectis, foliolis ovatis integerrimis exterioribus decrescentibus. Fl. dan. 699.

Ad aquaeductus oryzarum, praesertim secus *la Peltrenga.*

Ervum. *Ervo.*

Cal. 5-partitus subaequalis, longitudine fere corollae.

Ervum tetraspermum.

Pedunculis subbifloris, leguminibus glabris tetraspermis, foliolis oblongis truncatis. Moris. hist. 2. s. 2. t. 4. f. 16.

Inter segetes *Lumellinae.*

Ervum hirsutum.

Pedunculis multifloris, leguminibus hirsutis, dispermis, foliolis linearibus obtusis. Fl. dan. 639.

Inter segetes vulgare.

Cytisus. Citiso.

Legumen pedicellatum: cal. bilabiatus.

* Cytisus laburnum.

Racemis simplicibus pendulis, foliolis ovato-oblongis. Jacq. aust. 306.

Anagiri minore. Matt.

In subalpinis, praesertim *di Cellio, Borgosesia, Varallo* etc.

Cytisus nigricans.

Racemis terminalibus erectis, calycibus pilosis, denticulis minutis, foliolis ellipticis pilosis. Jacq. aust. 387.

In collibus Verbani.

Cytisus hirsutus.

Pedunculis aggregatis subterminalibus, calycibus hirsutis trifidis, foliolis obovatis mucronatis, subtus hirsutis. Jacq. obs. 4. t. 96.

In collibus, et declivibus Ticini.

Cytisus supinus.

Floribus pedunculatis subbinatis axillaribus, caule decumbente, foliolis obovato-obtusis. Jacq. aust. t. 20.

Ad rupes vallis *di Ameno*, secus *la Membra* unice vidi.

Colutea. *Colutea.*

Legum inflatum : supra basim dehiscens.

* Colutea arborescens.

Foliolis ellipticis retusis, vexillis gibbis abbreviatis, caule fruticoso.

Ad colles *di Maggiora*, et ad montem Divi Caroli *d' Arona* spontanea.

Coronilla. *Coronilla.*

Lomentum articulatum, teres, rectum.

Coronilla emerus.

Fruticosa, pedunculis subtrifloris, corollarum unguibus, calyce triplo longioribus, caule angulato.

In montanis ad oras sylvarum fere ubique.

Coronilla minima.

Suffruticosa procumbens, foliolis novenis ova-

tis, stipula oppositifolia emarginata, leguminibus angulatis nodosis. Jacq. aust. 271.

In ericetis Ticini, et dumetis.

Coronilla varia.

Herbacea, foliolis plurimis lanceolatis glabris, lomentibus teretibus erectis. Clus. hist. 2. p. 237. f. 2.

In pascuis, et ad vias, praesertim versus *Olengo*, *Nibiola* etc.

Ornithopus. *Ornitopo.*

Lomentum articulatum arcuatum.

Ornithopus compressus.

Foliis pinnatis, floribus capitatis, bractea suffultis, lomentis compressis recurvatis rugosis.

In apricis *di Belgirate*, uti et ad pascua *di Quarna inferiore* rarissime.

Hippocrepis. *Ippocrepide.*

Lomentum compresso-membranaceum: altera sutura emarginaturis ad medium excisa.

Hippocrepis comosa.

Leguminibus pedunculatis confertis arcuatis scabris, utroque margine sinvatis.

In pascuis collinis, et Ticini.

Hedysarum. *Edisaro.*

Lomentum articulis subrotundis, compressis: carina obtusissima.

* Hedysarum coronarium.

Caulescens diffusum, foliis pinnatis subrotundo-ellipticis, lomenti articulis subrotundis aculeatis nudis.

In pratis *di Maggiora, Gozzano*, et *del Margozzolo.*

* Hedisarum onobrychis.

Caule erecto, foliis pinnatis cuneatis glabris, alis calycem aequantibus, lomentis glabris monospermis aculeato-dentatis. Jacq. aust. 352. *Poligala.* Matt. 1267.

In pascuis collinis, et montanis, et in ericetis Ticini.

Galega. *Galega.*

Legumen lineare striis oblique transversis.

Galega officinalis.

Foliis pinnatis, foliolis lanceolatis mucronatis glabris, stipulis lanceolatis sagittatis leguminibus erectis strictis. Moris. hist. 2. s. 2. t. 7. f. 9.

Ad fossas vulgaris, praesertim in oryzis.

Phaca. *Faca.*

Legumen semibiloculare.

PHACA ALPINA.

Caulescens erecta ramosa pubescens, foliis pinnatis multi jugis, foliolis oblongo-lanceolatis obtusis, leguminibus semiovatis acutis. Jacq. ic. rar. 1. t. 151.

In alpibus praesertim *di Vedro*, et *Bugnanco*, uti, et illis vallis Sessitis observante *Carestia.*

PHACA AUSTRALIS.

Caulescens ramosa adscendens, foliis pinnatis subocto jugis, foliolis lanceolatis impari subsessili, alis corollae bifidis. Jacq. misc. 2. t. 3.

Ad rupes editiores montis Mori, et Rosae, uti, et supra *Trasquera* in valle *di Vedria* semper rara.

Astragalus. *Astragalo.*

Legumen 2-loculare, rotundatum.

ASTRAGALUS GLYCYPHYLLOS.

Caulescens prostratus, foliolis glabris, obtusis mucronatis ovatis, stipulis ovato-lanceolatis, racemis pedunculatis, folio brevioribus, leguminibus subtriquestris arcuatis.

In pascuis, et sepibus collium, tum etiam ad moenia hujus urbis varians foliis non mucronatis.

ASTRAGALUS ONOBRYCHIS.

Caulescens diffusus, pedunculis spicatis, vexillis flore duplo-longioribus. Jacq. aust. 58.

In pascuis montanis, non deest praecipue in illis *del Margozzo*, *Ornavasco*, et *Omegna*.

ASTRAGALUS ALPINUS.

Caulescens procumbens, floribus pendulis racemosis, leguminibus utrinque acutis pilosis. Fl. dan. 51.

In pascuis *di Montescheno*, monte *Ossolano*, *di Quarna superiore*, et in cacuminibus *di Cima Mullera* raro crescit.

ASTRAGALUS MONTANUS.

Acaulis, foliolis lanceolatis acutis subpilosis, scapis erectis, folio longioribus, floribus laxe spicatis erectis, leguminibus oblongis pubescentibus, acumine inflexo. Jacq. aust. t. 167.

In summis alpibus vulgaris.

ASTRAGALUS URALENSIS.

Acaulis, foliolis ovato-lanceolatis sericeo-villosis, scapis folio longioribus, calycibusque lanatis, capitulis oblongis, bracteis longitudine calycis, leguminibus ovatis acuminatis pubescentibus.

Ad rupes montis Mori occurrit corollis semper violaceis.

ASTRAGALUS MONSPESSULANUS.

Acaulis, foliolis ellipticis obtusis, scapis racemosis declinatis, folio longioribus, vexillis elongatis, leguminibus teretiusculis arcuatis.

In valle *Formazza* supra *le Cusere*, et in pascuis *di Baceno*.

Astragalus campestris.

Acaulis, calycibus leguminibusque villosis, foliolis lanceolatis acutis, scapo decumbente. Hall. helv. ed. 1. t. 13.

In valle *Anzasca*, praesertim supra *Stabioli*, et *Pestarena*.

Astragalus viscosus.

Acaulis, foliolis linearibus viscosis, scapis folio longioribus superne glanduloso-pilosis, spica pauciflora, leguminibus oblongis acutis pubescentibus. Villars Delph. t. 43.

In summis rupibus alpium praecaeteris ad montem *Rosa*, et Morum, ad Turlum collegit *Carestia*.

Astragalus excapus.

Acaulis, foliolis oblongis obtusis pilosis, floribus subpedunculatis aggregatis, calycibus adpresso-pilosis, leguminibus oblongis lanatis.

Ad viam *del Sempione* supra *Varzo* rarissime, sed in summis rupibus ejusdem montis non infrequens.

Astragalus aristatus.

Frutescens, petiolis spinescentibus, foliolis oblongis mucronatis pilosis, pedunculis brevissimis subquadrifloris, calycinis dentibus setaceis.

Alpibus Sessitis collegit clariss. *Carestia*.

Trifolium. *Trifoglio.*

Legumen vix calyce longius 1. seu 2-spermum: flores capitati.

TRIFOLIUM MESSANENSE.

Leguminibus monospermis ovatis acutis nudis, arcuatim rugosis, racemis folio brevioribus, caule erecto.

Clarissimus Allionius in Agro Novariensi crescere observavit hanc stirpem.

✱ TRIFOLIUM OFFICINALE.

Leguminibus racemosis nudis dispermis rugosis acutis, stipulis lanceolato-subulatis indivisis, caule erecto. Gmel. Sib. 4. t. 7.

In arvis, et ad vias vix extra portam Mediolani hujus urbis crescit.

TRIFOLIUM ITALICUM.

Leguminibus racemosis nudis dispermis rugosis, obtusis, caule erecto, foliolis integris. Cam. hort. t. 29.

In pratis, et pascuis Padi versus *Cambiò.*

TRIFOLIUM STRICTUM.

Capitulis ellipticis, leguminibus dispermis, calycibus longitudine corollae, foliolis lanceolatis obtusis serrulatis, stipulis rhombeis obtusis glanduloso-denticulatis.

In pratis *di Quarna, alla Colma* etc. non rarum.

TRIFOLIUM CAESPITOSUM.

Capitulis umbellaribus, leguminibus tetraspermis, calycinis dentibus aequalibus, foliolis

obovatis obtusis serratis, caule erectiusculo. Villars. Delph. 3. t. 41.

In alpestribus Ossulae, praecipue in valle *di Vedria* frequens.

✠ * Trifolium repens.

Capitulis umbellatis, leguminibus tetraspermis, calycinis dentibus superioribus brevioribus, foliolis ovato-oblongis emarginatis serrulatis, caule repente. Vaill. Paris. t. 22. f. 1.

In arvis, et pascuis, et viis ubique.

Trifolium alpinum.

Capitulis umbellaribus, scapo nudo, leguminibus dispermis pendulis, foliis lineari-lanceolatis.

In pascuis alpium vulgare.

Trifolium rubens.

Spicis cylindraceo-oblongis, calycinis dentibus villosis infimo longitudine corollae monopetalae inaequalis, stipulis ensiformibus, foliolis lanceolatis obtusis serrulatis, caule erecto. Jacq. aust. 383.

In pratis montanis, et subalpinis vulgare, raro ad colles descendit, varians foliis latioribus fere ovatis.

* Trifolium pratense.

Spicis densis ovatis, calycis dente infimo, tubo corollae monopetalae inaequalis, breviore, stipulis aristatis, foliolis ovalibus subintegerrimis, caule adscendente. Fl. dan. 989.

In pratis, vulgo *Trifoglio*, varietatem procumbentem villosum. Villarsii Delph. 3. p. 413. In pascuis Ticini observavi.

Trifolium medium.

Spicis laxis subglobosis, solitariis, calycis dente infimo, tubum corollae monopetalae subaequalis, aequante, stipulis subulatis, foliolis ellipticis tenuissime serrulatis, stricto-venosis, caulibus ramosis flexuosis. Jacq. aust. t. 386.

In collibus, et montibus vulgare.

Trifolium alpestre.

Spicis densis subglobosis subgeminatis, calycis dente infimo, tubum corollae monopetalae subaequalis, aequante, stipulis setaceis, foliolis lanceolatis tenuissime serrulatis striato-venosis, caulibus simplicissimis strictis. Jacq. aust. 433.

In pascuis montanis, et subalpinis.

Trifolium incarnatum.

Spicis oblongis, villosis, obtusis aphyllis, foliolis subrotundo-obcordatis ovatis, crenatis, villosis. Lob. ic. 39.

Ad rupes *del Margozzo* prope *il Sasso* unice inveni.

Trifolium ochroleucum.

Spicis villosis ellipticis, caule erecto ramoso pubescente, foliolis oblongis, infimis obcordatis. Jacq. aust. t. 40.

In apricis collium *di Maggiora*, et *Ameno* non frequens.

* Trifolium arvense.

Spicis villosissimis subcylindraceis, dentibus calycinis setaceis, corolla longioribus, foliolis obovato-linearibus. Fl. dan. 724.

In arvis ubique.

Trifolium scabrum.

Capitulis ovatis axillaribus sessilibus, calycibus dentibus inaequalibus lanceolatis mucronatis rigidis recurvis, foliolis obovatis serrulatis. Barr. ic. 870.

In pascuis Ticini non raro, in valle Sessite collegit *Carestia.*

Trifolium resupinatum.

Capitulis subrotundis, corollis resupinatis, calycibus fructiferis inflatis membranaceis pubescentibus, dentibus setaceis, caulibus prostratis, foliolis obovatis acutis. Bar. rar. 872.

In apricis pascuis *di Vergano*, *di Gozzano*, uti ad *Craveggia* in valle Vegetii occurrit.

Trifolium montanum.

Spicis subimbricatis subtribus, vexillis subulatis emarcescentibus, calycibus nudis, caule erecto.

In pratis collinis vulgare, nec deest ad urbis moenia.

Trifolium agrarium.

Spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, calycinis dentibus subulatis inaequalibus glabris, caule erecto, foliolis lanceolato-cuneatis, intermedio sessili. Vaill. paris. 196. t. 22. f. 3.

In arvis ubique.

Trifolium spadiceum.

Spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, calycinis dentibus subpilosis subulatis, binis superioribus ovatis brevissimis, caule erecto, foliolis obovatis, intermedio sessili. Barr. ic. 1024.

In pratis, et pascuis collinis, et montanis a *Romagnano* usque ad *Varallo*.

Trifolium procumbens.

Spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, sulcatis, caulibus procumbentibus, foliolis obovatis. Vaill. paris. 196.

In pascuis, et arvis sterilibus.

Lotus. *Loto.*

Legumen teres farctum : seminibus cylindricis.

Lotus siliquosus.

Leguminibus solitariis membranaceo-quadrangulis, caulibus procumbentibus, foliis subtus pubescentibus. Jacq. aust. 361.

Ad vias oryzarum ubique.

Lotus corniculatus.

Capitulis depressis, caulibus decumbentibus, leguminibus cylindricis patentibus.

Ad vias, et pratis. In valle Sessite varietas pusilla crescit.

* Lotus hirsutus.

Capitulis subrotundis, caule erecto hirto, leguminibus ovatis. Moris. hist. 2. p. 177. s. 2. t. 18. f. 14.

In pascuis praesertim collium.

Dorycnium. *Doricnio.*

Cal. 5-dentatus: legumen turgidum.

DORYCNIUM HERBACEUM.

Foliolis obovatis obtusis, calycinis dentibus ovatis, caule herbaceo. Vill. Delph. 3. t. 41. In pascuis collinis vulgare.

Medicago. *Medica.*

Legumen spirale membranaceum compressum: pistillum carinam deprimens.

* MEDICAGO SATIVA.

Pedunculis racemosis, leguminibus laevibus cochleato contortis, stipulis integerrimis, foliolis oblongis dentatis. Lob. ic. 2.

In pratis circa urbem, vulgo *Erba medica.*

MEDICAGO PROSTRATA.

Pedunculis racemosis, leguminibus laevibus cochleato-contortis, stipulis basi dentatis, foliolis linearibus apice dentatis. Jacq. hort. 1. t. 89.

Ad montem Divi Caroli *di Arona*, et pascuis *di Mejna* rara.

* MEDICAGO FALCATA.

Pedunculis racemosis, leguminibus contorto-falcatis pubescentibus, foliolis oblongis apice dentatis. Fl. dan. 233.

In pratis aridis non rara.

MEDICAGO LUPULINA.

Spicis ovalibus, leguminibus reniformibus monospermis, stipulis integerrimis, foliolis obovatis.

Ad vias minima, in pratis maximis altitudine crescit, ut diversae species videantur.

MEDICAGO SCUTELLATA.

Pedunculis subbifloris, leguminibus inermibus cochleatis, orbiculatis, basi convexis superne planis, anfractibus concentrico-spiralibus, stipulis dentatis, foliolis oblongis dentatis. Moris hist. 2. s. 2. t. 15. f. 5.

In campis sabulosis *di Cilavegna*, *Gambolò*, et *Lumellina* non frequens.

MEDICAGO CILIARIS.

Pedunculis subbifloris, leguminibus cochleatis ovalibus, aculeis pubescentibus subulatis rectis, stipulis ciliato-dentatis, foliolis obovatis dentatis.

In arvis *di Gattico*, *Maggiora*, et *Quarna inferiore* rara.

MEDICAGO MURICATA.

Pedunculis multifloris, leguminibus cochleatis glabris utrinque planis, anfractibus quinis, aculeis subulatis brevissimis, stipulis ciliato-dentatis, foliolis rhombeo-obovatis dentatis. Moris hist. 2. s. 2. t. 15. f. 11.

In collibus *di Olengo*, *Nibiola*, *Montisello*. Locis sterilibus rara.

MEDICAGO TRIBULOIDES.

Pedunculis bifloris, leguminibus cochleatis cylindricis utrinque planis, aculeis conicis distichis reflexis, stipulis dentatis, foliolis obovatis dentatis.

In subalpinis, praesertim vallis *di Vegezzo* non frequens.

MEDICAGO MINIMA.

Pedunculis multifloris, leguminibus cochleatis pilosis, aculeis subulatis rectis uncinatis, stipulis integerrimis, foliolis obovatis dentatis.

Varietas hirsuta. Linnei Syst. 12. p. 506. vulgaris est. In pascuis distincta species videtur.



CLASSIS XVIII.

POLYADELPHIA POLYANDRIA.

Hypericum. *Iperico.*

Cal. 5-partitus inferus: cor. 5-petala: styli 1-3. *seu 5.: capsula locularis.*

Hypericum quadrangulare.

Floribus trigynis, caule quadrangulo herbaceo, foliis pellucido-punctatis, foliolis calycinis lanceolatis. Fl. dan. 640.

In pratis, et fossis, praesertim di *Confienza*, *Robio*, ec. vulgare.

✱ *Hypericum perforatum.

Floribus tryginis, caule ancipiti, foliis obtusis, pellucido-punctatis, foliolis calycinis lanceolatis.

Iperico officin.

Ad vias, et locis aridis ubique.

Hypericum humifusum.

Floribus trigynis terminalibus subcymosis axillaribus solitariis, caulibus prostratis ancipitibus herbaceis, foliis oblongis obtusis. Fl. dan. 141.

In pascuis subalpinis collinis, et ericetis Ticini ubique.

Hypericum montanum.

Floribus trigynis corymboso-paniculatis termi-

nalibus, calycibus serrato-glandulosis, foliis oblongis amplexicaulibus impunctatis, margine nigro-maculatis, caule tereti erecto. Fl. dan. 175.


In sylvis montanis vulgare.

HYPERICUM HIRSUTUM.

Floribus trigynis, calycibus serrato-glandulosis, caule tereti erecto pubescente, foliis oblongis, basi attenuatis pellucido-punctatis subtus pubescentibus.

In sylvis collium *di Briona, Ghemme*, ec.





CLASSIS XIX.

SYNGENESIA POLYGAMIA AEQUALIS.



Tragopogon. *Tragopogono.*

Receptaculum nudum: pappus plumosus, stipitatus: cal. simplex polyphyllus.

✠ * Tragopogon pratensis.
Calycibus corollae radium aequantibus, foliis integris strictis.
In pratis ubique, vulgo *Barbabecco.*

Scorzonera. *Scorzonera.*

Receptaculum nudum: pappus plumosus stipitatus.

Scorzonera humilis.
Caule subnudo subunifloro, calycinisque squamis lanatis, foliis oblongo-lanceolatis nervosis planis.
In pascuis collium *di Oleggio, Marano,* etc. rara.

Sonchus. *Cicerbita.*

Receptaculum nudum: pappus pilosus, sessilis: calyx imbricatus conicus.

Sonchus palustris.

Pedunculis calycibusque hispidis subumbellatis, foliis runcinatis, basi sagittatis.

In uliginosis vallis Ticini, praesertim versus *Sedone*, et *Sabbione* rara.

Sonchus arvensis.

Pedunculis calycibusque hispidis subumbellatis, foliis runcinatis, basi cordatis. Fl. dan. 606.

Secus arva ad fossas vulgaris.

*Sonchus oleraceus.

Pedunculis subtomentosis umbellatis, calycibus glabris, foliis oblongo-lanceolatis amplexicaulibus denticulatis subsinvatis. Fl. dan. 682. *Cicerbita selvatica officin.*

In ruderatis, et fossis piuguibus vulgaris, varietas s. laevis, et s. asperi quoque frequens, uti etiam foliis non laciniatis occurrit.

Sonchus alpinus.

Pedunculis hirsutis nudis, floribus racemosis bracteatis, fossis runcinatis, basi sagittatis glabris subtus glaucis. Fl. dan. 182.

In umbrosis alpium vulgaris.

Lactuca. *Lattuga.*

Receptaculum nudum: pappus pilosus stipitatus: calyx imbricatus, margine scarioso.

✠ Lactuca scariola.

Foliis verticalibus, carina aculeatis, apice acutis, basi sagittatis runcinato-pinnatifidis. Barr. ic. 135.

Lattuga selvatica. Matt. vulgaris.

Ad vias collium, nec desideratur cum sequente ad viam Mediolani.

Lactuca saligna.

Foliis carina aculeatis, radicalibus lanceolatis pinnatifidis, caulinis linearibus integerrimis sagittatis. Jacq. aust. 250.

Cum praecedente magis copiosa crescit.

Lactuca perennis.

Foliis omnibus pinnatifidis, laciniis linearibus sursum dentatis, floribus corymboso-paniculatis.

In apricis rupibus subalpinis non desideratur.

Chondrilla. *Condrilla.*

Receptaculum nudum: pappus pilosus stipitatus: calyx calyculatus multiflorus.

Chondrilla juncea.

Foliis radicalibus runcinatis, caulinis linearibus integris. Jacq. aust. 427.

In pascuis glareosis, et ad muros circa hanc urbem vulgaris.

Prenanthes. *Prenante.*

Receptaculum nudum: pappus pilosus: calix calyculatus subquinqueflorus.

PRENANTHES TENUIFOLIA.

Foliis linearibus integerrimis amplexicaulibus, caule simplici. Fl. ped. t. 33. f. 2.

Ad radices montium, praesertim vallis *d'Intragna*, et *della Strona.*

PRENANTHES PURPUREA.

Calycibus subquinque floris, foliis oblongo-lanceolatis amplexicaulibus cordatis denticulatis subtus glaucis.

In sylvis collinis vulgaris, crescit etiam in declivibus Ticini, et ad moenia hujus urbis.

PRENANTHES HIERACIFOLIA.

Foliis radicalibus runcinatis, caulinis ovato-lanceolatis, basi sagittatis, panicula corymbosa divaricata nuda. Moris. hist. 3. s. 7. t. 5. f. 37.

In pratis, et pascuis collium praecaeteris *di Maggiora*, *Boca* etc. non frequens.

PRENANTHES MURALIS.

Foliis lyrato-pinnatifidis dentatis, lobo terminali quinque angulari, floribus paniculatis.

In sylvis etiam circa Novariam vulgaris.

Leontodon. *Leontodo.*

Receptaculum nudum: pappus pilosus stipitatus: calix duplex.

✠ * LEONTODON TARAXACUM.

Calyce exteriore reflexo, scapo unifloro, foliis runcinatis glabris, laciniis lanceolatis dentatis. Fl. dan. 574.

Vulgaris dicta *Cicoria selvatica*, vel *Dente di Cane*.

Apargia. *Apargia*.

Receptaculum nudum: pappus plumosus sessilis: calix imbricatus.

APARGIA ALPINA.

Scapo unifloro squamoso superne incrassato subhirto, calycibus hispidis, foliis lanceolato-oblongis glabriusculis. Fl. ped. t. 14. f. 4.

In pratis alpinis frequens ubi variat foliis integerrimis, et dentatis.

APARGIA HASTILIS.

Scapo unifloro nudo, calyceque glabro, foliis lanceolatis runcinato-dentatis glabris. Fl. ped. t. 70. f. 3.

In pascuis prope s. *Maria di Vegezzo* unicam inveni stirpem clarissimus *Carestia*, secus Sessitem prope *Allagna* etiam collegit.

APARGIA TARAXACI.

Scapis subbifloris erectis subnudis superne in-

crassatis, calycibus pilosis, foliis lanceolatis runcinato-dentatis glabris. Fl. ped. t. 31. f. 1.

In pascuis alpium non rara.

Apargia autumnalis.

Scapis ramosis declinatis squamosis, foliis lanceolatis runcinato-pinnatifidis glabriusculis. Fl. dan. 501.

In pratis etiam circa Novariam vulgaris.

Apargia crispa.

Scapo nudo unifloro, calyceque hirto, foliis runcinato-pinnatifidis hirtis, laciniis recurvis dentatis, pilis trifurcatis. Vill. Delph. 3. t. 25.

Ad rupes *di Cima Mullera* in Ossuia, unice et rara crescit me observante, *Carestia* hanc collegit stirpem in magna valle Sessitis supra *Scopa*.

Apargia hispida.

Scapo nudo unifloro, calyce hirto, foliis runcinato-dentatis hirtis, pilis furcatis.

In pratis ubique.

Apargia villarsii.

Scapo nudo unifloro, calyceque glabriusculo, foliis pinnatifido-dentatis hispidis, pilis simplicibus subulatis. Vill. Delph. 3. t. 25.

Ad montem Turlum collegit *Carestia*.

Thrincia. *Trincia.*

Receptaculum favosum, pappus difformis marginalis multidentatus, centralis stipitatus plumosus: calix 8-phyllus.

Thrincia hirta.

Scapo unifloro, calyce glabriusculo, basi squa-

mulis aucto, foliis lanceolatis sinvato-dentatis, pilis simplicibus.

In pascuis alpinis vallis Sessitis versus *Allagna* collegit clariss. *Carestia.*

Picris. *Picre.*

Receptaculum nudum: pappus plumosus stipitatus: sem. transversim striata: calyx calyculatus.

Picris hieraciojdes.

Caule erecto scabro, foliis amplexicaulibus lanceolatis dentatis, floribus corymbosis, calyce exteriore laxo. Lam. illust. t. 648. f. 2.

Ad agrorum margines in montuosis vulgaris.

Hieracium. *Ieracio.*

Receptaculum nudum: pappus pilosus: calyx imbricatus ovatus.

Hieracium aureum.

Scapo unifloro subnudo, calycibus hispidis, foliis lanceolato-spathulatis runcinato-dentatis glabriusculis. Vill. Delph. 3. t. 33.

In summis alpibus frequens: varietatem foliis simpliciter dentatis mihi obtulit *Carestia.*

Hieracium alpinum.

Scapo unifloro, subnudo villoso, calyce villosissimo, foliis lanceolatis integerrimis acutis villosis. Fl. ped. t. 14. f. 2.

Alpibus *di Formazza* unice observavi.

♃ HIERACIUM PILOSELLA.

Foliis integerrimis ovatis, subtus tomentosis, stolonibus repentibus, scapo unifloro. Bull. herb. t. 279.

In pascuis, et ad vias ubique, ubi dum pagina foliorum inferior est tomentosa, superior pilis longissimis obtegitur.

HIERACIUM AURICULA.

Scapo unifolio, subsexfloro, floribus umbellatis, foliis lanceolatis acutis integerrimis, stolonibus repentibus. Fl. dan. 1044.

In pascuis glareosis.

HIERACIUM REPENS.

Scapo ramoso multifloro, nudo piloso, foliis oblongis obtusiusculis integerrimis, stolonibus repentibus.

In pratis siccis circa hanc urbem, praesertim *alla Bicocca* occurrit, et crescit, etiam inter portam *di Vercelli*, et *s. Stefano.*

HIERACIUM FLORENTINUM.

Scapo folioso glabriusculo, floribus corymboso-paniculatis, pedunculis propriis divaricatis, calycibus hirtis, foliis lanceolatis acutis integerrimis subglabris. Moris. 3. s. 7. t. 8. f. 11.

In ericetis Ticini non rarum.

HIERACIUM STATICAEFOLIUM.

Scapo subnudo ramoso subtrifloro, pedunculis squamosis, foliis lineari-lanceolatis denticulatis glabris. Fl. ped. t. 81. f. 2.

In pratis siccis collium abundat.

HIERACIUM AURANTIACUM.

Scapo folioso hispido, floribus corymbosis, pedunculis glomeratis, foliis oblongis acutiusculis, piloso hispidis. Fl. ped. t. 14. f. 1.

Ad rupes *di Armeno* raro occurrit.

HIERACIUM HUMILE.

Caule erecto paucifloro, pedunculis calycibusque pilosis, foliis oblongis, basi subpinnatifidis. Jacq. aust. t. 189.

Alpibus Sessitis inter *la Rosa*, et *il Turlo* unicum specimen collegit *Carestia*.

HIERACIUM SAXATILE.

Caule erecto ramoso, foliis lineari-lanceolatis subintegerrimis utrinque attenuatis, basi ciliatis. Jacq. obs. Bot. 2. t. 50.

In pascuis sterilibus subalpinis frequens, nec desideratur ad Ticini ericeta.

HIERACIUM MURORUM.

Caule erecto folioso, piloso, simplici, floribus paniculatis, foliis ovatis, basi profunde-dentatis. Fl. dan. 1113.

Circa urbem ad muros, in collium apricis vulgare, ubi variat foliis plus, vel minus laciniatis.

HIERACIUM SYLVATICUM.

Caule folioso erecto simplici, foliis oblongis villosis subdentatis, floribus paniculatis. Fl. ped. t. 28. f. 1.

Ad vias collium, praesertim circa Varallum frequens.

HIERACIUM PALUDOSUM.

Caule simplici, foliis glabris oblongis, basi attenuatis runcinato-dentatis, caulinis amplexicaulibus, floribus paniculatis calycibus hispidis.

In valle *di Strona* supra *Luzogno*.

HIERACIUM AMPLEXICAULE.

Caule erecto ramoso, foliis ovato-cordatis amplexicaulibus, basim versus dentatis, pedunculis, calycibusque hirsutis.

In circumdariis montis *Rosa* collegit *Carestia*.

HIERACIUM PYRENAICUM.

Caule erecto simplici sulcato glabriusculo, foliis radicalibus oblongis, basi profunde dentatis, caulinis lanceolatis hastato-sagittatis amplexicaulibus dentatis, calycibus laxis pilosis.

In circumdariis *di Crodo* versus *la Miniera d' oro* unice observavi.

HIERACIUM GRANDIFLORUM.

Caule adscendente simplici sulcato piloso viscoso, foliis lanceolatis recurvato dentatis, caulinis subdentatis amplexicaulibus sagittato-hastatis, calycibus hispidis. Fl. ped. t. 29. f. 23.

Secus torrentem *Lanza* non raro; in pratis alpinis Sessitis frequentem adnotavit *Carestia*.

HIERACIUM VILLOSUM.

Caule erecto subramoso, foliisque villosis, radicalibus oblongo-lanceolatis dentatis, caulinis ovatis cordatis amplexicaulibus subdentatis, calycibus villosissimis patulis. Jacq. aust. t. 87.

Ad rupes dictas *Corna del Nibbio* unicam inveni stirpem.

HIERACIUM SABAUDUM.

Caule erecto simplici, foliis ovato-oblongis subglabris acutis sessilibus subamplexicaulibus, basim versus dentatis, floribus corymbosis. Fl. ped. t. 27. f. 2.

In sylvis subalpinis frequens.

* HIERACIUM UMBELLATUM.

Caule erecto simplici, foliis linearibus subdentatis, floribus corymboso-umbellatis. Fl. dan. 680.

Ad moenia urbis, et secus aquaeductum *la Biraga* vulgare. Ad alpes ascendit.

HIERACIUM PRENANTHOIDES.

Caule erecto simplici, foliis lanceolatis cordatis amplexicaulibus denticulatis pubescentibus, floribus racemoso-corymbosis. Fl. ped. t. 27. f. 1. 3.

Alpibus Sessitis collegit *Carestia.*

Crepis. *Crepide.*

Receptaculum nudum: pappus pilosus: cal. calyculatus: squamis difformibus.

CREPIS ALPINA.

Foliis ovatis cordato-sagittatis amplexicaulibus dentatis, pedunculis elongatis unifloris, calycibus hispidis exterioribus membranaceis scariosis.

Alpibus *del Margozzo* rara.

CREPIS TECTORUM.

Foliis glabriusculis lanceolato-runcinatis, laciniis adscendentibus, summis linearibus filiformi-sagittatis amplexicaulibus, floribus corimbosis, calycibus pubescentibus. Fl. dan. 501.

In sabulosis Ticini, Sessitis, et Atisonis occurrit.

CREPIS BIENNIS.

Foliis hispidis runcinato-pinnatifidis summis sessilibus lanceolatis dentatis, carina hispido-aculeatis, calycibus pubescentibus muricatis. Bauh. hist. 2. p. 1025.

In pratis etiam circa urbem.

CREPIS PINNATIFIDA.

Foliis glabris sessilibus lanceolatis pectinato-pinnatifidis apice integerrimis, caule erecto ramoso, calycibus pubescentibus.

In subalpinis, locis pinguioribus, rara crescit, in circumdariis Intrae ad margines pratorum *di s. Giovanni*; in collibus *di Prato* ego collegi, ex valle Sessitis retulit quoque amicus *Carestia*.

Hypochaeris. *Ipocheride.*

Receptaculum paleaceum: pappus subplumosus: cal. imbricatus.

HYPOCHAERIS HELVETICA.

Caule simplici folioso unifloro, foliis lanceolatis dentatis. Fl. ped. t. 32. f. 1.

In parva valle Sessitis versus *Rimella* ego, in magna valle *alla Riva Italiana Carestia* legit.

HYPOCHAERIS GLABRA.

Glabra, calycibus oblongis imbricatis, caule ramoso nudo, foliis dentato-sinvatis. Fl. dan. 424.

In pascuis Ticini, et subalpinis vulg. Crescit quoque in illis s. Bartholomaei hujus urbis.

HIPOCHAERIS RADICATA.

Foliis runcinatis obtusis scabris, caule ramoso nudo laevi, pedunculis squamosis. Fl. dan. 150.

In pratis siccis, et pascuis.

Lapsana. *Lassana.*

Receptaculum nudum: pappus nullus: semina recta: calyx calyculatus.

LAPSANA COMMUNIS.

Caulescens ramosa, foliis ovatis petiolatis angulato-dentatis. Lob. ic. 207. f. 1.

Secus vias, et sepes etiam circa hanc urbem.

Cichorium. *Cicoria.*

Receptaculum subpaleaceum: pappus polyphyllus paleaceus: calyx calyculatus.

✠ * CICHORIUM INTYBUS.

Floribus axillaribus, geminis subsessilibus, foliis runcinatis. Lob. ic. 228. f. 2.

In pascuis, vulgo dicta *Cicoria.*

Arctium. *Bardana.*

Receptaculum paleaceum: pappus setoso-paleaceus: cor. flosculosa: cal. subglobosus squamis hamulosis.

✠ * ARCTIUM LAPPA.

Foliis caulinis cordatis petiolatis denticulatis, calycibus laevibus. Lam. illust. t. 665.

In ruderatis, et ad vias circa hanc urbem, vulgo dicta *Bardana.*



Serratula. *Serratola.*

Receptaculum paleaceum : pappus plumosus : cor. flosculosa : cal. imbricatus cylindraceus.

* Serratula tinctoria.

Foliis argute-serratis, basi subpinnatifidis, corymbo fastigiato. Fl. dan. t. 281.

Serratola Matt. 995.

In sylvis collium, nec deest in illis *della Vesca* prope hanc urbem, et secus Ticinum.

Serratula alpina.

Foliis subtus villosis dentatis, radicalibus ovato-lanceolatis, floribus terminalibus subumbellatis. Fl. dan. t. 37.

Ad montem Moro ego, ad Turlum *Carestia* collegit.

* Serratula arvensis.

Foliis lanceolatis, pinnatifido-dentatis undulatis, spinosis, glabris, caule paniculato. Fl. dan. 644.

In arvis nimis infesta.

Carduus. *Cardo.*

Receptaculum villosum : pappus capillaris : cor. flosculosa : cal. imbricatus ventricosus.

Carduus nutans.

Foliis semidecurrentibus spinosis, floribus cernuis, squamis calycinis superne patentibus. Fl. dan. t. 675.

Secus viam *della Biandrina* vulgaris.

CARDUUS ACANTHOIDES.

Foliis decurrentibus sinvato-spinosis, calycibus globosis subpedunculatis, squamis linearibus recurvatis. Jacq. aust. t. 249.

Abundat secus vias oryzarum, praesertim *Gionzana*, et *Peltrengo*.

CARDUUS PERSONATA.

Foliis caulinis semidecurrentibus oblongis indivisis spinoso-dentatis, subtus subvillosis, radicalibus, basi pinnatifidis, floribus subsessilibus congestis, calycinis squamis recurvatis. Jacq. aust. t. 348.

Ad oras sylvarum alpium, abundat quoque montem Ossulanum.

CARDUUS DEFLORATUS.

Foliis semidecurrentibus pinnatifido-serratis subspinoso-ciliatis nudis, radicalibus indivisis, pedunculis longissimis unifloris lanuginosis. Jacq. aust. t. 89.

Ad colles, et subalpina loca vulgaris.

Cnicus. *Cnico.*

Receptaculum villosum: pappus plumosus: cor. floscula: cal. imbricatus ventricosus.

CNICUS PALUSTRIS.

Foliis decurrentibus nudis lanceolatis dentatis, margine spinosis, floribus racemoso-glomeratis, squamis calycinis ovato-lanceolatis mucronatis adpressis. Moris. hist. 3. p. 153. s. 7. t. 32. f. 13.

Secus fossas, et aquaeductus, locis humidis abundat.

Cnicus lanceolatus.

Foliis decurrentibus hispidis pinnatifidis, laciniis bilobis divaricatis spinosis, calycibus ovatis arachojdeo-pubescentibus, squamis lanceolatis spinosis patentibus. Fl. dan. 1173.

In pascuis, ed ad vias glareosas ubique.

Cnicus heterophyllus.

Foliis amplexicaulibus cordatis lanceolatis serratis ciliatis, subtus tomentosis, inferioribus subincisis, calycinis squamis lanceolatis adpressis submucronatis. Fl. dan. 109.

In valle *di Vegezzo* unice vidi.

Cnicus helenojdes.

Foliis subcordatis amplexicaulibus lanceolatis ciliatis, subtus tomentosis, inferioribus subincisis, floribus aggregatis calycinis squamis lanceolatis adpressis mucronatis.

Ad radices montium *di Allagna* collegit *Giordani*.

Cnicus herisithales.

Foliis amplexicaulibus pinnatifidis ciliatis, pedunculis cernuis, calycibus glutinosis, squamis lanceolatis patulis. Jacq. aust. t. 310.

In subalpinis frequens, nec deest secus vias oryzarum.

Cnicus acaulis.

Foliis pinnatifidis dentatis ciliato-spinosis, pedunculis radicalibus unifloris, calycinis squamis lanceolatis arcte imbricatis. Fl. dan. 1114.

In pascuis alpinis, et subalpinis frequens ubi etiam caulescit.

CNICUS SPINOSISSIMUS.

Foliis amplexicaulibus pinnatifidis dentatis spinosis pubescentibus, caule simplici, floribus terminalibus congestis, calycinis squamis lanceolatis spinosis.

In rupibus alpinis, praesertim vallis di *Vegezzo* non frequens.

Onopordum. *Onopordo.*

Receptaculum favosum: pappus capillaris: cor. flosculosa: cal. imbricatus subrotundus.

✠ ONOPORDUM ACANTHIUM.

Calycinis squamis patentissimis, foliis decurrentibus tomentosis sinuatis dentatis spinosis. Fl. dan. t. 909.

Acanzio. Matt. 686.

In ruderatis etiam circa hanc urbem frequens.

ONOPORDUM ROTUNDIFOLIUM.

Acaule, calyce oblongo subsessili, squamis oblongo-lanceolatis tomentosis inermibus, foliis petiolatis subrotundo-ovatis subcordatis, crenato-dentatis inermibus tomentosis. Fl. ped. t. 38. f. 1.

Ad rupes vallis *di Vedro* versus *Varzo* non rarum.

Carlina. *Carlina.*

Receptaculum paleaceo–setosum: pappus paleaceo plumosus: cor. flosculosa: cal. imbricatus radiatus.

✻ * Carlina acaulis.

Caule simplici unifloro, foliis pinnatifidis nudis, laciniis inciso–dentatis spinosis. Lam. encycl. t. 616.

Secus vallem Ossulae, et Sessitis locis apricis vulgaris, ad montem *Fenera* varietatem caulescentem collegi.

Carlina vulgaris.

Caule multifloro, corymboso, pubescente, foliis lanceolatis dentatis spinosis, subtus pubescentibus. Lam. illust. t. 662.

In pascuis sabulosis Ticini, Aconiae etc. frequens.

Bidens. *Bidente.*

Receptaculum paleaceum planum: semina tetragona: pappus aristatus: calyx subaequalis calyculatus.

* Bidens tripartita.

Floribus discojdeis, calycibus exterioribus flore majoribus, seminibus erectis, foliis tripartitis lanceolatis dentatis.

Ad fossas ubique.

Bidens cernua.

Floribus subradiatis cernuis, calyce exteriore

flore longiore, foliis lanceolatis subconnatis dentatis. Fl. dan. 312.

Secus aquaeductus locis pinguibus varians altitudine, cum radio, vel absque radio.

Cacalia. *Cacalia.*

Receptaculum nudum: pappus pilosus: cal. calyculatus.

CACALIA ALPINA.

Caule herbaceo, foliis petiolatis cordatis dentatis glabris, petiolis nudis, corymbis fastigiatis, calycibus subquinque floris. Jacq. aust. t. 234.

In pratis, et pascuis alpinis non rara.

CACALIA ALBIFRONS.

Caule herbaceo, foliis petiolatis cordatis dentatis, subtus incanis, petiolis basi auriculatis, corymbis fastigiatis, calycibus subquinque floris. Jacq. aust. t. 235.

In locis praecedentis crescit, sed magis abundat.

CACALIA LEUCOPHYLLA.

Foliis reniformibus utrinque candidissimis, calycibus hirsutis multifloris, floribus corymbosis. Vill. Fl. Delph. 3. p. 171.

Ad montem *Rosa* collegit *Carestia.*

Eupatorium. *Eupatorio.*

Receptaculum nudum : pappus pilosus seu scaber : calix imbricatus cylindricus.

✠ * Eupatorium cannabinum.

Foliis petiolatis tripartitis, laciniis lanceolatis serratis intermedia longiore. Fl. dan. 745. *Eupatorio d' Avicenna.* Matt. 524.

Ad aquaeductus, praesertim oryzarum, ubi folia quinque partita saepissime occurrunt.

Chrysocoma. *Crisocoma.*

Receptaculum nudum : pappus pilosus : cal. imbricatus hemisphaericus.

Chrysocoma linosyris.

Herbacea, foliis linearibus glabris, calycibus laxis. Fl. ped. t. 11. f. 2.

Secus Verbanum, praesertim ad colles *di Belgirate.*

SYNGENESIA SUPERFLUA.

Tanacetum. *Tanaceto.*

Receptaculum nudum : pappus submarginatus : cor. radii trifidae.

✠ * Tanacetum vulgare.

Foliis bipinnatis incisis serratis. Lam. illust. t. 696. f. 1.

Tanaceto. Matt. 958. 480.

Ad fossas, et oras sylvarum frequens, ad vias cretaceas *della Bicocca*, et *Olengo* saepissime flores radiati evadunt.

Artemisia. *Artemisia.*

Receptaculum subnudum: pappus nullus: cor. radii nulli.

✠ Artemisia glacialis.

Caule herbaceo simplicissimo, foliis omnibus palmato-multifidis candidis, sericeis floribus terminalibus glomeratis sessilibus globosis. Fl. ped. t. 8. f. 3.

In cacuminibus alpium ad nivem deliquescentem, uti ad montem *Moro*, *Turlo*, *Rosa*, *Cistella*, *Campello*, etc. vulgo dicta *Genepì*.

Artemisia mutellina.

Caule herbaceo simplicissimo, foliis omnibus palmato-multifidis, albido-sericeis, floribus axillaribus oblongis inferioribus pedunculatis summis sessilibus. Fl. ped. t. 9. f. 1.

Cum praecedente crescit, sed magis abundat nomine vulgari *Genepì*, quoque ab alpicolis appellatur.

Artemisia spicata.

Caule herbaceo simplicissimo, foliis cano-sericeis, radicalibus palmato-multifidis, caulinis pinnatifidis, summis linearibus integerrimis obtusis, floribus axillaribus infimis pedunculatis. Fl. ped. t. 8. f. 1.

In cacuminibus montis *Turlo*, et *Cistella* unice, et rara; clariss. *Carestia* ex monte *Rosa* retulit.

Artemisia tanacetifolia.

Caule simplicissimo herbaceo, foliis bipinnatifidis subpubescentibus, laciniis lineari-lanceolatis acuminatis integerrimis, racemo nudo terminali, floribus nutantibus. All. Fl. ped. t. 10. f. 3.

Ad montem *Rosa* collegit medicus *Giordani*.

Artemisia campestris.

Foliis caulinis setaceis pinnatis glabris, radicalibus pinnatis, laciniis trifidis incanis, caule procumbente ramoso virgato, floribus ovatis pedunculatis.

Un' altra Ambrosia. Matt. 460. 900.

In ericetis Ticini non rara.

✠ * Artemisia vulgaris.

Foliis subtus tomentosis, caulinis pinnatifidis, laciniis lanceolatis subdentatis acutis, floralibus indivisis, linearibus lanceolatis, floribus subsessilibus oblongis erectis, calycibus tomentosis. Lob. ic. t. 764. f. 2.

Ad vias, et fossas fere ubique, vulgo dicta *Artemisia*.

Gnaphalium. *Gnefalio.*

Receptaculum nudum: pappus plumosus: calyx scariosus: squamis concavis.

✻ Gnafalium dioicum.

Sarmentis procumbentibus, caule simplicissimo, foliis radicalibus spathulatis, corymbo coarctato, floribus diojcis, calycinis squamis interioribus elongatis obtusis coloratis. Lob. ic. t. 483. f. 2.

In pascuis, et rupibus montanis, praesertim in circumdariis *di Rima* vulgare, variat flore rubro, albo, et variegato.

Gnaphalium alpinum.

Caule non sarmentoso simplicissimo, foliis radicalibus lanceolatis, floribus terminalibus aggregatis sessilibus, calycinis squamis inferioribus elongatis acutis membranaceis. Fl. dan. t. 332.

Summis alpibus, praesertim *di Formazza*, et *di Vedro*.

Gnaphalium sylvaticum.

Caule herbaceo simplicissimo erecto, foliis lanceolatis utrinque attenuatis, et lanatis, floribus terminalibus axillaribusque sessilibus spicatis. Fl. dan. 254.

In pascuis subalpinis vulgare, occurrit quoque in campis sabulosis prope Ticinum.

Gnaphalium rectum.

Caule herbaceo erecto simplici, foliis lineari-lanceolatis subtus sericeis, floribus terminali-

bus, et axillaribus sessilibus spicatis. Fl. dan. 1229.

Ad rupes subalpinas vulgare occurrit quoque secus Ticinum *alla Costa*, et ad pascua hujus urbis.

Gnaphalium supinum.

Caule herbaceo simplici procumbente, foliis linearibus acutis tomentosis, floribus capitatis. Bocc. mus. 107. t. 85.

Ad rupes *di Fariolo*, et *del Nibio* ego, ad illas vallis Sessitis collegit *Carestia*.

Gnaphalium pusillum.

Caule herbaceo simplicissimo suberecto subtrifloro, foliis linearibus acutis, tomentosis, sarmentibus procumbentibus.

Ad foveas graniti rubri *di Baveno* rara.

Gnaphalium uliginosum.

Caule herbaceo ramoso diffuso lanato, foliis lineari-lanceolatis utrinque angustatis tomentosis, floribus terminalibus congestis. Lob. ic. 481. f. 1.

Pascuis, et locis humidis uti ad vias s. Bartholomaei hujus urbis vulgare, ubi *caule prostrato, et erecto, foliis albo-lanatis, et viridibus* variat.

Gnaphalium leontopodium.

Caule herbaceo simplicissimo, foliis lineari lanceolatis, subtus tomentosis, floribus terminalibus sessilibus aggregatis, bracteis lanceolatis lanatis, radiato-patentibus, calycibus villosis. Jacq. aust. 86.

Ad rupes summarum alpium, praesertim *alla Rosa*, *Turlo* ego, et amicus *Carestia* observavimus.

GNAPHALIUM GALLICUM.

Herbaceum, caule erecto subdichotomo, foliis linearibus acuminatis canescentibus, floribus confertis alaribus terminalibusque.

In sabulosis collium Verbani lacus.

* GNAPHALIUM ARVENSE.

Herbaceum, caule erecto paniculato, foliis oblongo-lanceolatis lanuginosis, floribus congestis lateralibus terminalibusque tomentosis.

In pascuis, et arvis sabulosis vulgare.

Xeranthemum. *Serantemo.*

Receptaculum paleaceum: pappus paleaceo-setaceus: cal. scariosus: radio explanato.

XERANTHEMUM INAPERTUM.

Calycinis squamis acutis, margine membranaceis, interioribus radii lanceolatis acutis conniventibus. Moris. hist. 3. p. 43. s. 6. t. 12. f. 1.

Ad muros hujus urbis vulgare.

Carpesium. *Carpesio.*

Receptaculum nudum: pappus nullus: cor. radii quinque fidae.

CARPESIUM CERNUUM.

Floribus terminalibus solitariis cernuis. Jacq. aust. t. 204.

Ad fossas, praesertim secus vias oryzarum ubique.

Conyza. *Coniza.*

Receptaculum nudum: pappus pilosus: cor. radii trifidae.

* Conyza squarrosa.

Foliis scabris, caulinis ovato-oblongis serratis, ramis oblongo-lanceolatis subintegerrimis, caule herbaceo corymboso, calycibus squarrosis. Fl. dan. 622.

Baccara. Matt. 772. 400.

Ad Ticinum secus *la Costa*, nec deest ad moenia hujus urbis.

Conyza saxatilis.

Foliis linearibus subdentatis, pedunculis longissimis unifloris, caule suffruticoso. Bocc. mus. 142. t. 104.

Ad rupes Ossulae, speciatim supra *Varzo* non rara.

Erigeron. *Erigero.*

Receptaculum nudum: pappus pilosus: cor. radii capillares.

Erigeron canadense.

Caule floribusque paniculatis hirtis, foliis lanceolatis ciliatis. Fl. dan. 292.

Ad vias etiam circa hanc urbem ubique.

Erigeron villarsii.

Foliis lanceolatis trinerviis scabris subdentatis

sessilibus, caule paniculato radio disco breviore. Bellard. append. Fl. ped. t. 7.

Inter montem *Rosa*, et *Turlo* collegit clarissimus *Carestia*.

✠ Erigeron acre.

Pedunculis alternis unifloris. Fl. dan. 874.

In collibus ad vias vulgare.

Erigeron alpinum.

Caule subbifloro, calyce subhirsuto, foliis obtusis, subtus villosis.

In pascuis summarum alpium vulgare, ad montem *Rosa* verietatem *caule ramoso*, et *floribus albis*. Observavit clariss. *Carestia*.

Erigeron uniflorum.

Caule unifloro, calyce piloso. Fl. dan. 292.

Pratis summis alpium vulgare. Varietatem *pusillam vix semipolicarem flore purpureo*, et ego et amicus *Carestia* collegimus ad montem *Rosa* prope *il Tagliaferro*.

Tussilago. *Tussilaggine*.

Receptaculum nudum: pappus pilosus: cal. squamis submembranaceis.

Tussilago alpina.

Scapo unifloro subnudo, flore discojdeo, foliis reniformibus dentatis glabris. Jacq. aust. 246.

Locis umbrosis summarum alpium, praesertim *al Campello*.

✠ * Tussilago farfara.

Scapo unifloro subnudo bracteato, flore ra-

diato, foliis cordatis angulatis dentatis, subtus pubescentibus. Fl. dan. 595.

Tussilaggine. Matt. 893. 457.

Collibus *di Maggiora*, et prope hanc urbem secus viam Mediolani, vulgo *Farfara*.

Tussilago alba.

Thyrso fastigiato, floribus discojdeis, foliis orbiculato–cordatis duplicato–argute dentatis, subtus villoso–pubescentibus. Fl. dan. 524.

Vallibus alpinis rarissima, in illa *di Bugnanco*, et ad montem *Crestese* frequens.

✠ Tussilago petasites.

Thyrso oblongo, floribus discojdeis, foliis oblongo–cordatis inaequaliter denticulatis, subtus pubescentibus, lobis approximatis. Lam. illust. 674. f. 1.

Tussilaggine maggiore. Matt. 494.

Locis humidis, ad torrentes collium, montium, et alpium vulgaris, varians *floribus fere omnibus hermaphroditis vix pedunculatis*, *vel omnibus fere foemineis pedunculis longissimis suffultis*.

Senecio. *Senecio*.

Receptaculum nudum : pappus pilosus : cal. squamis apice sphacelatis.

✠ Senecio vulgaris.

Coroliis nudis, foliis amplexicaulibus pinnatifidis dentatis, floribus corymboso-coarctatis. Fl. dan. 513.

Senecio. Matt. 1191. 572.

In arvis, et pascuis ubique.

SENECIO VISCOSUS.

Corollis revolutis, foliis pinnatifidis viscidis, squamis calycinis laxis, longitudine perianthii.

In montuosis Ossulae vulgaris, nec deest ad colles Verbani.

SENECIO UNIFLORUS.

Corollis radiantibus, foliis tomentosis oblongis dentatis, caule folioso unifloro. Fl. ped. t. 17. f. 3.

In montuosis *d' Allagna* versus montem *Rosa* collegit *Carestia*, ego ad Campellum, et montem Cistella.

SENECIO INCANUS.

Corollis radiantibus, foliis utrinque tomentosis niveis, pinnatifidis, laciniis linearibus obtusis subdentatis, corymbo coarctato. Barr. ic. 262. f. 1.

In summis rupibus alpium *di Formazza*, montis *Moro*, et illis supra *Varzo* collegi.

SENECIO ABROTANIFOLIUS.

Corollis radiantibus, foliis pinnato-multifidis linearibus nudis acutis, pedunculis subbifloris. Jacq. aust. t. 79.

Ad montem *Rosa* observavit clarissimus Allionius, ad alpes vallis *di Vogna* abundantem collegit amicus *Carestia*.

* SENECIO JACOBAEA.

Radio patente, foliis lyrato-bipinnatifidis divaricatis dentatis glabris, caule erecto.

In pascuis umbrosis ubique. Apud nos varietas *foliis inferioribus ovatis vix dentatis* crescit, variat quoque *disco nudo*, et *radiato*.

Senecio doria.

Corollis radiantibus, squamis calycinis exterioribus patulis, foliis subdecurrentibus oblongo-lanceolatis glaucescentibus glabris serratis. Jacq. aust. t. 185.

Secus vallem Siccidam, et Ossulae ad rupes.

Senecio saracenicus.

Corollis radiantibus, foliis lanceolatis, basi cuneatis argute-serratis subsessillibus glabriusculis. Jacq. aust. t. 186.

In silvis subalpinis, nec deest ad montem *Moro*.

Aster. *Astere.*

Receptaculum nudum: pappus pilosus: cal. subsquarrosus.

Aster alpinus.

Caule unifloro, foliis integerrimis, radicalibus lanceolato-spathulatis, caulinis lanceolatis, calicinis squamis subaequalibus lanceolatis, obtusiusculis. Jacq. aust. 88.

Alpibus praeceteris *d' Anzasca*, *Sempione* ec. vulgaris, ubi occurrit etiam flore albo.

Aster amellus.

Foliis oblongo lanceolatis integerrimis scabris, ramis corymbosis, calycibus imbricatis subsquarrosis, foliolis obtusis interioribus membranaceis apice coloratis. Jacq. aust. t. 435. *Aster attico*, Matt. 1234. 588.

Ad rupes *di Pella*, lacus Cusii, et *alla Colma* non frequens.

Solidago. *Solidaggine.*

Receptaculum nudum: pappus pilosus: cor. radii subseni remoti.

✠ * Solidago virgaura.

caule erecto tereti, superne ramoso, et pubescente, foliis caulinis lanceolatis, utrinque attenuatis serratis, inferioribus ellipticis pilosiusculis, racemis erectis, ligulis elongatist. Fl. dan. 663.

In sylvis collium, et montium frequens, nec deest ad Ticini promontorium.

Cineraria. *Cineraria.*

Receptaculum nudum: pappus pilosus: cal. aequalis simplex.

Cineraria aurantiaca.

Floribus subternis terminalibus, caule simplici, foliis radicalibus ovatis obsolete crenatis, caulinis lanceolatis integerrimis, calycibus sphacelatis. Fl. ped. t. 38. f. 2.

Ex monte *Rosa* retulit *Carestia*, ego ad summitates *di Craveggia* observavi varietatem *foliis tomentosis* accedentem ad *Cinerariam campestrem.*

Cineraria longifolia.

Floribus umbellato-corymbosis, caule simplici, foliis subdentatis radicalibus spathulatis, caulinis oblongo-lanceolatis. Jacq. aust. t. 181.

In montuosis *d' Intragna* supra *Premosello*, et *Pallanzeno* non frequens.

Cineraria cordifolia.

Panicula pauciflora, caule simplici, foliis omnibus petiolatis cordatis duplicato-dentatis petiolis basi subdentatis. Jacq. aust. t. 176.

Ad montem *Crestese* unice collegi, *foliorum petiolis nondum dentatis.*

Inula. *Enula.*

Receptaculum nudum: pappus pilosus: antherae basi bisetae.

✠ Inula helenium.

Foliis amplexicaulibus ovatis rugosis, subtus tomentosis, calycum squamis ovatis. Fl. dan. 728.

Elenio. Matt. 79. 56.

Ad rupes collium, et ad montem *Fenera* praesertim crescit.

✠ Inula dissenterica.

Foliis amplexicaulibus cordato-oblongis nudis serratis, subtus pilosis, caule pubescente paniculato, ramis lateralibus apice longioribus patulis, calycinis squamis setaceis. Fl. dan. 410.

Conyza mezzana. Matt. 465. 92.

Ad vias oryzarum, praesertim Lumellinae frequens.

Inula pulicaria.

Foliis amplexicaulibus oblongis undulatis villosis, caule erecto paniculato, pedunculis unifloris oppositifoliis, floribus subglobosis, radio minutissimo. Fl. dan. 613.

In pascuis, et ad vias locis aridis vulgatissima.

INULA SALICINA.

Foliis lanceolatis recurvis, serrato-scabris, ramis angulatis, floribus inferioribus altioribus. Fl. dan. 786.

In pratis, et collibus *di Vintebio*, et *Grignasco* non rara.

INULA HIRTA.

Foliis sessilibus lanceolatis obsolete-serratis rigidis pilosis, caule subdiviso villoso subunifloro, calycinis squamis lanceolatis. Jacq. aust. 358.

In sylvis, et pascuis collium inter lacus Cusii, et Verbani.

Arnica. *Arnica.*

Receptaculum nudum: pappus pilosus: stamina radii castrata.

✠ * ARNICA MONTANA.

Foliis ovatis integris, caulinis geminis oppositis. Fl. dan. 63.

Arnica officin.

In pratis alpinis montanis, et collium locis uliginosis vulgatissima, varians caule unifloro, et trifloro, vulgo dicitur *Tabacco di montagna.*

ARNICA DORONICUM.

Foliis remote dentatis hirsutis radicalibus petiolatis oblongis, basi angustatis, caulinis alternis oblongo-lanceolatis. Fl. ped. t. 17. f. 1. 2.

Summis alpibus *di Formazza*, et *Vanzone*

in valle *Anzasca* ego, ad montem Turlum *Carestia* collegit.

✠ ARNICA BELLIDIASTRUM.

Scapo unifloro nudo, foliis petiolatis obovatis repandis. Jacq. aust. t. 400.

Supra *Craveggia* in valle *Vegezzo* unice observavi.

Doronicum. *Doronico.*

Receptaculum nudum: pappus pilosus: pappus radii nullus.

✠ DORONICUM PARDALIANCHES.

Foliis denticulatis, summis subrotundo-cordatis mediis spathulato-cordatis inferioribus, et radicalibus cordatis petiolatis. Jacq. aust. t. 350. *Doronico officin.*

In sylvis inter *Mejna*, et *Arona* unice vidi.

Bellis. *Bellide.*

Receptaculum nudum: pappus nullus: cal. squamis aequalibus simplex.

✠ BELLIS PERENNIS.

Scapo nudo unifloro, foliis obovatis crenatis venosis. Fl. dan. 503.

In pratis ubique; vulgo *Margaritino.*

Chrysanthemum. *Crisantemo.*

Receptaculum nudum : pappus nullus : cal. squamis intimis scariosis.

Chrysanthemum atratum.

Foliis omnibus cuneiformi-oblongis argute-serratis, caule simplici unifloro erecto.

Secus Atison in magna Ossulae valle supra Domum Ossulae rarum.

✠ * Chrysanthemum leucanthemum.

Foliis amplexicaulibus lanceolatis serratis, basi inciso-dentatis, caule erecto ramoso.

Bellide maggiore. Matt. 960.

In pratis ubique, varians foliis semipinnatifidis, et caule unifloro. Vernacule *Margaritoni.*

Chrysanthemum montanum.

Foliis inferioribus petiolatis spathulatis serratis, superioribus lineari-lanceolatis serratis, caule subuniflo. Fl. ped. t. 37. f. 2.

In pratis montanis frequens, crescit quoque circa hanc urbem, et cum praecedente confunditur.

Pyrethrum. *Piretro.*

Receptaculum nudum : pappus marginatus : cal. squamis acutiusculis margine scariosis.

Pyrethrum alpinum.

Foliis inferioribus pinnatifido-dentatis, sum-

mis linearibus integerrimis, caule unifloro.
Barr. ic. 458. f. 3.

In rupibus alpium locis editioribus frequens, ubi varietas minima. Villarsii Fl. Delph. 3. p. 202. saepe observatur.

PYRETHRUM CORYMBOSUM.

Foliis pinnatis, pinnis lanceolatis pinnatifidis argute serratis, summis confluentibus, pedunculis corymbosis. Jacq. aust. 379.

Secus vallem *della Strona* praecaeteris abundat.

PYRETHRUM INODORUM.

Foliis bipinnatis, pinnis lineari-filiformibus bi-vel tri-partitis, caule diffuso ramoso, pappo integerrimo. Fl. dan. 696.

In ruderatis vulgatissima dicta *Camamilla falsa.*

✠ PYRETHRUM PARTHENIUM.

Foliis pinnatis, pinnis oblongis obtusis-pinnatifidis dentatis, summis confluentibus, caule ramoso, floribus corymbosis, radio calyce fere duplo longiore, pappo dentato. Fl. dan. 674.

In olitoriis, et hortis spontanea crescit, et abundat ut indigena dicenda. Vernacule *Cresporella*, *Erba matricale.*

Matricaria. *Matricaria.*

Receptaculum nudum conicum : pappus nullus : cal. squamis intimis scariosis.

✠ Matricaria chamomilla.

Foliis bipinnatis, squamis calycinis obtusiusculis. Lob. ic. 770. f. 1.

In arvis ubique, vernacule dicta *Camamilla.*

Anthemis. *Camamilla.*

Receptaculum paleaceum : pappus nullus : cal. haemisphaericus.

Anthemis cota.

Foliis bipinnatifidis, laciniis linearibus subulato–dentatis, paleis teretibus pungentibus, basi dilatatis. Moris. hist. 3. p. 36. s. 6. t. 8. f. 11.

In arvis *di Cerano* versus Ticinum, in ericetis Burgimaneri, et collibus.

✠ Anthemis nobilis.

Foliis bipinnatis, foliolis tripartitis lineari–subulatis subvillosis, caule basi ramoso. *Camomilla romana officin.*

In pascuis Ticini, et Padi saepe collegi.

Anthemis arvensis.

Receptaculis conicis, paleis lanceolatis, seminibus coronato–marginatis, foliis bipinnatis, laciniis lanceolato linearibus.

In arvis, et ad vias vulgaris.

✠ Anthemis cotula.

Receptaculis conicis, paleis setaceis, seminibus nudis, foliis bipinnatis, foliolis subulatis tripartitis.

In arvis *di Candia* unice observavi.

* Anthemis tinctoria.

Foliis bipinnatifidis serratis subtus pubescentibus, caule erecto ramoso, pappo membranaceo integerrimo. Fl. dan. 741.

In collibus *di Maggiora*, *Gozzano*, et *Vergano* rara.

Achillea. *Achilea.*

Receptaculum paleaceum: pappus nullus: radius 5-florus: cal. oblongus.

Achillea erba rotta.

Foliis linearibus, basi attenuatis serratis, cauleque glabris. Fl. ped. t. 9. f. 3.

In summis alpibus Sessitis collegit amicus *Carestia.*

✠ Achillea ptarmica.

Foliis linearibus acuminatis aequaliter argute serratis glabris. Fl. dan. 643.

Ptarmica. Matt. 617.

In pratis uliginosis *di Buscione* ad Lacus Cusii vulgaris.

Achillea alpina.

Foliis linearibus pectinato-pinnatifidis glabris, laciniis subserratis, corymbo composito. Bocc. mus. t. 101.

Alpibus vallis *Antrona* unice observavi.

Achillea atrata.

Foliis pectinato-pinnatis glabris, pinnis linearibus acuminatis subtripartitis cyma simplici, pedunculis pubescentibus, caule simplicissimo. Jacq. aust. t. 77.

In editioribus alpibus, praesertim ad montes *Rosa*, *Turlo*, *Moro*, *Tagliaferro*, etc. vulgaris.

Achillea moschata.

Foliis pectinato-pinnatis glabris, pinnis linearibus obtusiusculis integerrimis punctatis. Jacq. aust. t. 33.

Cum praecedente crescit, et confunditur.

Achillea nana.

Foliis pinnatis villosis, pinnis dentatis linearibus radicalibus bipinnatis, caule simplicissimo. Fl. ped. t. 9. f. 3.

Cohabitat cum praecedente, sed magis abundat in pascuis montis *Moro*, et *Tagliaferro*.

Achillea macrophylla.

Foliis pinnatis glabris, pinnis lanceolatis inciso serratis, extimis confluentibus, corymbo composito. Moris. hist. 3. s. 6. p. 38. t. 11.

Ad radices montium, praesertim valle *di Strona* versus *il Forno* non rara.

Achillea tanacetifolia.

Foliis bipinnatifidis, laciniis lanceolatis serratis, corymbo composito patulo.

Ad oras sylvarum locis montanis frequens.

Achillea distans.

Foliis bipinnatifidis, laciniis lanceolatis inciso-serratis, rachi alata inciso-serrata, corym-

bis fastigiatis compositis. Fl. ped. t. 53. f. 1.

In pratis alpinis, praesertim *al Campello*, et supra *Craveggia*.

✠ ACHILLEA MILLEFOLIUM.

Foliis bipinnatis glabriusculis pinnarum laciniis linearibus dentatis. Fl. dan. 737.

Millefoglio minore. Matt. 1201. 574.

In pascuis, et ad vias ubique, variat flore purpureo.

ACHILLEA TOMENTOSA.

Foliis bipinnatifidis villosis, pinnis confertissimis, laciniis lineari-lanceolatis integerrimis, corymbo composito. Clus. hist. 1. p. 330. f. 2.

In pascuis glareosis secus Ticinum, Aconiam etc. vulgaris.

ACHILLEA LIGUSTICA.

Foliis bipinnatifidis, laciniis linearibus argute-serratis, rachi alata integerrima, corymbo composito fastigiata. Fl. ped. t. 53. f. 2.

In collibus *di Maggiora* loco dicto *alle Fornaci* unice collegi.

ACHILLEA NOBILIS.

Foliis caulinis bipinnatifidis, laciniis linearibus subdentatis, rachi alata dentata, radicalibus triplicato-pinnatifidis, corymbo composito fastigiato. Moris. hist. 3. s. 6. p. 38. t. 11.

In apricis *di Premosello*, *Vogogna*, et *Ornavasso* nec rara.

Buphtalmum. *Bufialmo.*

Receptaculum paleaceum: pappus marginatus: semina radii marginata.

Buphtalmum aquaticum.

Calycibus obtuse, foliosis, sessilibus, alaribus, foliis oblongis, obtusis alternis subintegerrimis, caule dichotomo. Barr. ic. t. 552.

Ad fossas oryzarum, praesertim *di Robbio*, et *Confienza.*

SYNGENESIA FRUSTRANEA.

Centaurea. *Centaura.*

Receptaculum setosum: pappus pilosus: radius corollae tubulosus.

Centaurea centaurium.

Calycibus inermibus, squamis ovatis obtusis, foliis pinnatis glabris, pinnis argute-duplicato-serratis decurrentibus, terminali lanceolata. Clus. hist. 2. p. 10. f. 2.

Centaurea maggiore. Matt. 690. 563.

Secus magnam Ossulae vallem ad rupes non rara.

Centaurea phrygia.

Calycibus recurvato-plumosis, foliis oblongis indivisis scabris mucronato-serrulatis. Fl. dan. 520.

In pratis editioribus alpium frequens.

CENTAUREA FLOSCULOSA.

Calycibus recurvato-plumosis, corollis flosculosis, foliis hirtis lanceolatss remote dentatis.

In pratis alpinis vulgaris descendit usque ad colles *di Pallanza.*

CENTAUREA UNIFLORA.

Calyce recurvato plumoso, foliis lanceolatis subdentatis, tomentosis. Boc. mus. p. 20. t. 2.

In pratis vallis *di Vedro* supra *Varzo* rara.

* CENTAUREA NIGRA.

Calycibus erecto-plumosis, corollis flosculosis, foliis oblongis, radicalibus subpinnatifidis, caulinis indivisis serratis.

In circumdariis *d' Omegna*, et *Ornavasca* frequens in pratis.

CENTAUREA MONTANA.

Calycibus serratis, foliis glabriusculis lanceolatis integerrimis decurrentibus, caule simplici. Jacq. aust. t. 371.

In valle Vegetii supra s. Mariam unice inveni.

✠ * CENTAUREA CYANUS.

Calycibus serratis, foliis linearibus sessilibus integerrimis, infimis, basi pinnatifidis.

Ciano minore. Matt. 537. 299.

In cerealibus ubique.

CENTAUREA PANICULATA.

Calycibus ciliatis ovatis adpressis, foliis inferioribus bipinnatifidis, superioribus pinnatifidis, caule paniculato. Jacq. aust. 320.

Alpibus Sessitis collegit *Carestia.*

Centaurea scabiosa.

Calycibus ciliatis pubescentibus, foliis pinnatifidis scabriusculis, laciniis lanceolatis acutis, basi pinnatifidis.

In pratis montanis frequens.

* Centaurea iacea.

Calycibus scariosis, squamis ovatis, apice laceris, foliis lanceolatis integerrimis, radicalibus subdentatis, ramis angulatis. Fl. dan. 519.

In pratis, et sylvis alpinis abundat.

Centaurea amara.

Calycibus scariosis, caulibus decumbentibus, foliis lanceolatis integerrimis. Lob. icon. t. 548. f. 2.

In pascuis sabulosis, praesertim *d' Intra* vulgaris.

Centaurea rhapontica.

Calycibus scariosis, squamis ovatis laceris, foliis ovato-oblongis denticulatis, subtus tomentosis. Lob. icon. 288.

Secus vallem *di Strona* prope *Luzzogno*, et *Casale*. In valle *Anzasca* versus *Vanzone* saepe observavi, ex valle *Sesia* retulit quoque *Carestia*.

Centaurea solstialis.

Calycibus palmato-spinosis solitariis, spinis rectis, foliis canescentibus lineari lanceolatis decurrentibus integerrimis radicalibus lyratis.

In pascuis sterilioribus ubique.

Calendula. *Calendula.*

Receptaculum nudum: pappus nullus: semina membranacea.

✠ CALENDULA OFFICINALIS.

Seminibus cymbiformibus, muricatis incurvatis omnibus.

Calta. Matt. 1365. 645.

In arvis glareosis *di Cerano*, *Romentino*, et *Gagliate* rara, vernacule *Fiore da morto*.

CLASSIS XX.

GYNANDRIA MONANDRIA.

Orchis. *Orchide.*

Calcar. e basi labelli: stylus crassus: anthera terminalis adnata.

✠ * ORCHIS BIFOLIA.

Labello lineari integerrimo obtuso, cornu germine duplo longiore, foliis caulinis vaginantibus brevissimis, radicalibus binis oblongis, basi attenuatis. Fl. dan. 235.

In sylvis vulgaris.

ORCHIS GLOBOSA.

Labello tripartito, lacinia media emarginata, petalis apice mucronatis, cornu germine duplo breviore, spica densa ovata, foliis lanceolatis. Jacq. aust. 275.

In pratis collium vulgaris, nec deest illis dictis *della Cunetta* hujus urbis.

ORCHIS PYRAMIDALIS.

Labello tripartito, superne basi bicorni, laciniis aequalibus integerrimis, cornu germen subaequante, spica densa oblonga. Jacq. aust. 266.

In pratis subalpinis vulgaris, in circumdadariis *di Varallo* varietatem collexit amicus *Carestia* pyramide apice profunde tripartita.

ORCHIS CORIOPHORA.

Labello tripartito, laciniis inaequalibus crenatis dependentibus, petalis conniventibus, cornu conico adscendente, germine triplo breviore. Jacq. aust. 122.

In ericetis frequens.

✠ * ORCHIS MORIO.

Labello trilobo, lobis crenatis obtusis, medio emarginato, petalis adscendentibus obtusis, cornu conico adscendente, germine breviore. Fl. dan. 253.

In pascuis, et ericetis ubique, nec desideratur in pratis siccis *della Cunetta* hujus urbis.

✠ * ORCHIS MASCULA.

Labello trilobo crenulato obtuso, lobo medio bifido, petalis acutis exterioribus reflexis, cornu conico adscendente, germinis longitudine. Fl. dan. 457.

In pratis collium vulgaris.

ORCHIS USTULATA.

Labello tripartito, laciniis linearibus punctato-scabris, media bipartita, petalis erectis acutis, cornu uncinato, germine triplo breviore, bracteis germen subaequantibus. Fl. dan. 103.

In pratis vallis Ticini, et pascuis subhumidis Padi non rara.

ORCHIS MILITARIS.

Labello tripartito punctato scabro, laciniis lateralibus linearibus intermedia biloba obtusa,

cum mucrone interjecto, petalis acutis conniventibus, cornu recto, germine duplo breviore, bracteis obsoletis. Jacq. ic. rar. 3. t. 598.

In pratis Domus Ossulae unice observavi.

ORCHIS FUSCA.

Labello tripartito punctato scabro, laciniis lateralibus oblongis, intermedia ampla, biloba crenata cum mucrone interjecto, petalis acutis conniventibus, cornu rectiusculo, germine triplo breviore, bracteis germine quadruplo brevioribus. Jacq. aust. t. 176.

Collibus *di Boca*, *Maggiora* etc. non rara, sed ad alpes usque adscendit, collegi enim supra Crodum in valle *d' Antigorio*.

ORCHIS ENSIFOLIA.

Labello obcordato denticulato, petalis patentibus, cornu adscendente, germine triplo breviore, foliis lineari-ensiformibus. Vaill. paris. 150. t. 31. f. 34. 33.

Pratis montanis non rara.

ORCHIS PALLENS.

Labello leviter trilobo, lobo intermedio retuso, petalis lateralibus patentibus, cornu conico, germen subaequante, spica coarctata. Jacq. aust. 45.

In pascuis Padi frequens.

* ORCHIS HIRCINA.

Labello tripartito, laciniis lateralibus lineari-subulatis, media elongata, germine triplo longiore lineari bifida, petalis conniventibus, cornu brevissimo conico scrotiformi. Jacq. aust. 367.

In pascuis *di Cureggio*, *Invorio*, et *Vergano* rara

Orchis latifolia.

Labello laeviter trilobo, lateribus reflexo, petalis superioribus conniventibus, binis lateralibus reflexis, cornu conico, germiue breviore, bracteis flore longioribus. Fl. dan. 266.

In pratis etiam circa Novariam *alla Cunetta* vulgaris.

Orchis incarnata.

Labello obsolete trilobo crenato, petalis acuminatis binis, exterioribus reflexis, cornu conico, germine breviore, bracteis flore subaequantibus.

In pratis montanis, praesertim versus *Canobbio*, et *s. Agata* rara.

Orchis sambucina.

Labello laeviter trilobo, crenato, petalis obtusiusculis binis, exterioribus reflexis, cornu conico, germiue breviore, bracteis florum longitudine.

In pascuis, et sylvis *d' Ameno*, *Vacciago*, etc. ad radices montium non frequens.

Orchis maculata.

Labello plano, trilobo, crenato, petalis superioribus conniventibus lateralibus patentibus, cornu cylindraceo, germine breviore, bracteis longitudine germinis. Fl. dan. 933.

In pratis collium ubique, nec deest illis *della Cunetta* hujus urbis.

Orchis odoratissima.

Labello obtuse trilobo, petalis lateralibus patentibus, cornu recurvo, germine duplo breviore. Jacq. aust. 264.

In pratis *di Scopa*, et *Pietre Gemelle* collegit amicus *Carestia*.

ORCHIS CONOPSEA.

Labello obtuse-trilobo, petalis lateralibus patentissimis, cornu subulato, germine duplo longiore. Fl. dan. 224.

In pratis uliginòsis collium vulgaris.

ORCHIS VIRIDIS.

Labello lineari apice tridentato, petalis conniventibus, cornu obtuso scrotiformi, bracteis flore sexquilongioribus. Fl. dan. 77.

In pratis, et pascuis subalpinis non frequens occurrit; in valle *del Mastallone* magis abundat.

* ORCHIS NIGRA.

Labello ovato, acuminato indiviso, petalis patentibus, cornu obtuso scrotiformis, spica densa ovata, foliis linearibus. Jacq. aust. 368.

In pratis alpinis vulgaris. Flores atro-purpurei odoratissimi.

Ophrys. *Ofride.*

Cor. subringens patens: labellum e basi styli patens: anthera terminalis adnata.

OPHRYS MONORCHIS.

Scapo nudo, labello tripartito, laciniis linearibus lateralibus divaricatis, bracteis longitudine germinis. Fl. dan. 102.

In pratis, et pascuis uliginosis vallis Ticini, et s. Petri *di Mosezzo* vulgaris.

OPHRYS ANTROPOPHORA.

Caule folioso, labello germine longiore lineari trifido, lacinia media elongata bifida, pe-

talis conniventibus. Vaill. paris. 147. t. 31. f. 19. 20.

Valle Sessitis supra *Scopa* collegit *Carestia*.

Ophrys myodes.

Caule folioso, labello pubescente tripartito, laciniis lateralibus lineari-lanceolatis, media oblonga biloba longiore, petalis patentibus, tribus exterioribus lanceolatis obtusis, binis interioribus linearibus brevissimis. Jacq. ic. rar. t. 184.

In pascuis collium, praesertim versus *Maggiate*, et *Vergano* non frequens.

Ophrys arachnites.

Caule folioso, labello villoso, trilobo, lobo medio obovato, apice brevissime trilobo, petalis patentibus, tribus exterioribus oblongis obtusis, binis interioribus lineari-lanceolatis brevissimis. Vaill. paris. t. 30. f. 10. 11. 12. 13.

In pascuis *di Gattico*, ego collegi, in illis *della Cunetta* hujus urbis D. Antonius *Cattaneo* observavit.

Serapias. *Serapiade.*

Cor. petalis conniventibus: labellum planum deflexum: anthera stylo elongato adnata.

Serapias lingua.

Labello tripartito, laciniis lateralibus obtusis erectis conniventibus, media oblonga lanceolata glabriuscula dependente acutiuscula. Moris. hist. 3. s. 12. t. 14. f. 21.

Sylvis *della Vesca*, et *Bertona* prope Novariam non rara.

Epipactis. *Epipattide.*

Cor. erecto-patens : anthera opercularis persistens.

Epipactis latifolia.

Foliis ovatis amplexicaulibus, bracteis inferioribus, flore longioribus, floribus pendulis, labello integerrimo acuminato petalis breviore, germinibus pubescentibus.

In sylvis *di Gambolò*, dictis *a Pozzolo* unice vidi.

Epipactis palustris.

Foliis lanceolatis, amplexicaulibus, bracteis flore brevioribus, floribus pendulis, labello crenato obtuso, petalis aequali, germinibus pubescentibus. Fl. dan. 267.

In pratis, et sylvis uliginosis frequens.

Epipactis pallens.

Foliis oblongo-lanceolatis sessilibus, bracteis flore longioribus, floribus erectis, labello obtuso, petalis breviore, germinibus glabris.

Ad oram vallis *Anzasca*, vix ultra *Cima Mullera* secus viam unicum specimen collegi.

Epipactis rubra.

Foliis lanceolatis, bracteis germine longioribus, floribus erectis, labello acuto, lineis elevatis undulatis, germinibus glabris.

In valle *della Strona* ad ferri fodinas unice observavi.

Epipactis nidus avis.

Caule aphyllo vaginato, labello obcordato, petalis obtusis duplo longiore.

In sylvis collium non rara.

Epipactis ovata.

Caule bifolio, foliis ovatis oppositis, labello bifido lineari, petalis obtusis, triplo longiore. Fl. dan. 137.

In sylvis montanis frequens.

Epipactis cordata.

Caule bifolio, foliis cordatis oppositis, labello trifido, laciniis lateralibus brevissimis, intermedia longissima bipartita lineari. Hal. helv. n.° 1292. t. 22. f. 4.

In sylvis vallis *d' Antrona* prope s. Petrum rara.

GYNANDRIA HEXANDRIA.

Aristolochia. *Aristolochia.*

Cal. o. cor. 1-petala tubuloso-ligulata styl. o.: capsula 6-locularis polysperma.

✠ Aristolochia rotunda.

Foliis cordatis ovatis, obtusis subsessilibus, caule erectiusculo subsimplici, pedunculis solitariis unifloris, corollis erectis, labio oblongo retuso. Lob. ic. 606. f. 2.

Aristolochia rotonda officin.

Ad sepes vulgaris, praesertim in collibus.

♣ * Aristolochia clematitis.

Foliis subrotundo-cordatis obtusiusculis petiolatis, caule erecto, pedunculis unifloris aggregatis, corollis erectis, labio oblongo. Fl. dan. 1255.

Aristolochia lunga. Matt. officin.

Ad aquaeductus non rara, *Ciochini da Frate* lombard.





CLASSIS XXI.

MONOECIA MONANDRIA.



Zannichellia. *Zanichella.*

Mas. *cal. nullus: cor. nulla.* Foem. *cal.* 1-*phyllus: cor. nulla: pist.* 4.: *semina* 4.

Zannichellia palustris.
Anthera 4-loculari, stigmatibus integerrimis, seminibus dorso denticulatis. Fl. dan. 67.
In fossis, et aquaeductibus vulgatissima.

Caulinia. *Caulinia.*

Mas. *cal.* o.: *cor.* o.: *anth. sessilis.* Foem. *cal.* o.: *cor.* o.: *stylus filiformis: stygma* 2-*fid. caps.* 1-*sperm.*

Caulinia fragilis.
Foliis ternis, oppositisve lineari-subulatis recurvatis, aculeato dentatis rigidis.
Ad Ticini foces, et ad lacus vulgaris.

Chara. *Cara.*

Mas. *cal. nullus: cor. nulla.* Foem. *cal. nullus. cor. nulla: stigmata 5.: bacca polysperma.*

CHARA VULGARIS.

Caulibus, ramulisque basi nudis, ramulis teretibus, articulis foliosis, foliolis oblongo-subulatis, bracteis bacca brevioribus. Fl. dan. 150.

Aquis lente fluentibus ubique.

DIANDRIA.

Lemna. *Lemna.*

Mas. *cal. 1-phyllus: cor. o.* Foem. *cal. 1-phyl.: cor. o.: styl: 1.: caps. 1-locul. disperma.*

LEMNA TRISULCA.

Foliis lanceolatis in petiolum attenuatis, cruciatim cohaerentibus, radicibus solitariis. Mich. gen. 16. t. 11. f. 5.

Lente palustre. Matt. 1173. 564.

Aquis lentis, praesertim in oryzis vulgaris.

TRIANDRIA.

Typha. *Mazzasorda.*

Mas. *cal. 3-phyllus*: *cor. o.* Foem. *cal. o.*: *cor. o.*: *styl.* 1.: *sem.* 1.: *pedicellatum*, *pedicello pilis basi cincto.*

* Typha latifolia.

Foliis linearibus planis, spica mascula, et foeminea approximatis, utraque cylindrica. Fl. dan. t. 645.

In paludosis, et oryzis nimis abundat, vernacule dicta *Palmetta.*

* Typha angustifolia.

Foliis linearibus canaliculatis, spica mascula, et foeminea remotis, utraque cylindrica.

In paludosis, praesertim in valle Ticini, et Padi.

Sparganium. *Sparganio.*

Mas. *cal. 3-phyllus*: *cor. o.*: Foem. *cal. 3-phyllus*: *cor. o.*: *stigmata* 2.: *drupa*: 1-*sperma.*

* Sparganium ramosum.

Foliis basi triquetris, lateribus concavis, pedunculo, communi ramoso stigmate lineari.

In fossis, et stagnis vulgare, ubi altitudinem quatuor pedum attingit.

* Sparganium natans.

Foliis decumbentibus planis, pedunculo-communi simplici, stigmate ovato brevissimo, capitulo masculino subsolitario.

In stagnis non rara, praesertim secus Aconiam, sed foliis semper fluitantibus vidi.

Sparganium simplex.

Foliis basi triquetris, lateralibus planis, pedunculo communi simplici, stigmate lineari. Lob. ic. 80.

Cum ramoso crescit, et distinguitur caule simplici, et humiliore.

Kobresia. *Cobresia.*

Mas. *amentum : cal. squama : cor. nulla.*
Foem. *amentum : cal. squama : cor. o. : stigmata : 3–sem. triquetrum.*

Kobresia scirpina.

Carex bellardi. Fl. ped. t. 92. f. 2. Spica solitaria simplici tereti androgyna strigosa, culmo tereti, foliis capillaceis.

Ad montem *Rosa*, et *Turlo* collegit *Carestia.*

Carex. *Carice.*

Mas. *amentum : cal. squama : cor. o. :* Foem. *ament. : cal. squama : cor. 1–petala : stylus* 1. : *sem.* 1. : *corolla inclusum.*

Carex davalliana.

Spica simplici diojca, stigmatibus binis, fru-

ctibus recurvatis oblongo-lanceolatis triquetris nervosis, superne margine scabris, foliis, culmisque retrorsum hispidis. Host. gram. aust. 1. p. 32. t. 41.

In pratis dictis *in Carogna di Prato* non rara.

CAREX PAUCIFLORA.

Spica androgyna simplici subquadriflora, flore masculo terminali subsolitario stigmatibus tribus, fructibus lanceolatis teretibus reflexis, squamis foemineis caducis. Host. l. c. 1. p. 33. t. 42.

In sylvis s. Petri *di Mosezzo* frequens.

CAREX PULICARIS.

Spica androgyna simplici, superne mascula, stigmatibus duobus, fructibus oblongis teretiusculis glabris, reflexis utrinque attenuatis, squama oblonga persistente longioribus. Fl. dan. 166.

In ericetis *di Cureggio*, et *Maggiora* abundat.

CAREX CYPEROJDES.

Spicis androgynis inferne masculis aggregatis globoso-capitatis involucratis, stigmatibus binis, fructibus lanceolatis bicuspidatis. Host. gram. 1. p. 34. t. 44.

Ad radicem montis *Ossulano* unice observavi.

CAREX FOETIDA.

Spicis androgynis, superne masculis, in capitulum ovatum aggregatis, stigmatibus binis, fructibus ellipticis teretiusculis acuminatis bifidis, squamis ovatis acutis submucronatis.

Ad radices alpium vulgaris, varietatem con-

stanter pusillam vix policis altitudine observavit amicus *Carestia*, quae distincta species videtur.

Carex incurva.

Car. juncifolia. All. Fl. ped. t. 92. f. 4. Spicis androgynis, superne masculis, in capitulum subrotundo-ovatum aggregatis, stigmatibus binis, fructibus ovatis semiglobosis rostratis, ore subintegerrimis, squamis ovatis acutis submucronatis, culmo incurvo.

In pratis alpinis, praesertim ad montem *Moro*.

Carex curvula.

Spicis androgynis, superne masculis, in capitulum oblongum aggregatis, stigmatibus tribus, capsulis ovatis compressis acuminatis, squamis ovatis mucronatis, foliis arcuatis secundis. Fl. ped. t. 92. f. 3.

Ad montem *Moro* unice observavi.

Carex atrata.

Spicis androgynis, tribus quinisve pedunculatis confertis, inferne masculis fructiferis nutantibus, stigmatibus tribus, fructibus subrotundo-ovatis, breviter rostratis bidentati, squamis ovatis acutis. Fl. dan. t. 158.

Secus Atison in magna Ossulae valle non rara.

Carex bicolor.

Car. Androgyna Balbis.

Spicis androgynis ternis, pedunculatis terminalibus, inferne masculis erectis, stigmatibus binis, fructibus obovatis obtusis, squamis ovatis obtusis.

In editioribus alpibus *di Formazza* rara.

CAREX SCHREBERI.

Spica androgyna composita, spiculis ovatis, alternis confertis, inferne masculis, stigmatibus binis, fructibus ovatis bidentatis. Host. gram. 1. p. 36. t. 46.

In pascuis siccis, nec deest prope hanc urbem *a s. Bartolommeo.*

CAREX LEPORINA.

Spica androgyna composita, spiculis tribus subrotundo ellipticis, inferne masculis alterne congestis, stigmatibus binis, fructibus ellipticis, compressis acuminatis, ore integris. Fl. dan. 294.

Ad oram vallis *di Bugnanco* unice observavi.

CAREX OVALIS.

Spica androgyna composita, spiculis subsenis subrotundo-ellipticis alternis, subapproximatis inferne masculis, stigmatibus binis, fructibus ovatis marginatis bidentatis, ciliato-serratis. Host. gram. 1. t. 51. p. 38.

In pratis uliginosis collium.

CAREX LOBATA.

Spica androgyna composita spiculis, tribus, alternis oblongis confertis, superne masculis, stigmatibus binis, fructibus ellipticis acuminatis nervosis. Fl. ped. t. 92. f. 5.

Ad radices alpium frequens.

CAREX VULPINA.

Spica androgyna composita, spiculis numerosis ternatim, quinatimve aggregatis oblongis confertis, superne masculis, stigmatibus binis, fructibus ovatis bidentatis compresso-trique-

tris patentibus, bracteis setaceis. Host. gram. aust. 1. p. 43. t. 56.

Secus aquaeductus in oryzis vulgaris.

Carex brizoides.

Spica androgyna composita subdisticha, spiculis subquinis alternis curvatis oblongo–lanceolatis, inferne masculis approximatis, stigmatibus binis, fructibus ovatis marginatis bifidis. Host. gram. 1. p. 36. t. 47.

In pascuis siccis Ticini, et Padi non rara.

Carex muricata.

Spica androgyna composita, spiculis ovatis, superne masculis approximatis, stigmatibus binis, fructibus horizontalibus ovatis plano–convexis bidentatis, basi marginatis, margine ciliato–serratis. Host. gram. 1. p. 41. t. 54.

In pratis uliginosis ad fossas vulgaris.

Carex divulsa.

Spica androgyna composita, basi subramosa spiculis ovatis, superne masculis approximatis, inferioribus remotis, stigmatibus binis, fructibus erectiusculis ovatis plano convexis bidentatis marginatis, margine glabris. Host. gram. 1. p. 42. t. 55.

Cum praecedente crescit, a qua vix distinguenda *spiculis inferioribus minus divergentibus*.

Carex stellulata.

Spica androgyna composita, spiculis subquaternis remotiusculis, inferne masculis, stigmatibus binis, fructibus ovato–acuminatis bidentatis, margine ciliato–serratis horizontalibus, squamis ovatis, acutis. Fl. dan. 284.

In pratis uliginosis frequens.

Carex remota.

Spica androgyna composita, spiculis alternis remotis, inferne masculis, bracteis foliaceis longissimis suffultis, fructibus ovatis acuminatis bifidis compressiusculis. Fl. dan. 370.

In sylvis s. Petri *di Mosezzo* abundat.

Carex elongata.

Spica androgyna composita, spiculis subsenis alternis approximatis cylindraceis, inferne masculis, stigmatibus binis, fructibus ovato-acuminatis emarginatis nervosis patulis, squama ovata obtusa longioribus. Scheuchz. gram. 487. t. 11. f. 4.

Ad rivulos in collibus frequens.

Carex curta.

Spica androgyna composita, spiculis subsenis alternis approximatis cylindraceis, inferne masculis, stigmatibus binis, fructibus ovatis plano-convexis acutiusculis, ore integris erectis, squama ovata acuta longioribus. Host. gram. 1. p. 37. t. 48.

Ad vias oryzarum *di Confienza*, et *Robbio.*

Carex paniculata.

Spicis androgynis paniculatis, superne masculis stigmatibus binis, fructibus ovatis, superne marginatis bidentatis, margine ciliato-serratis, culmo triquetro. Host. gram. 1. p. 44. t. 58.

Ad radices alpium locis humidis secus Atison, atque ad *Piano di Fariolo.*

Carex clandestina.

Spicata mascula solitaria pedunculata, foemineis binis subtrifloris remotis subsessilibus subinclusis, bracteis margine membranaceis obli-

quis vaginatis, stigmatibus tribus, fructibus obovatis obtusis hirtis. Scheuchz. Agrost. 407. t. 10. f. 1.

In pascuis, et ericetis *di Borgomanero* non frequens.

Carex digitata.

Spica mascula solitaria sessili, foemineis subternis linearibus remotiusculis, stigmatibus tribus, fructibus obovatis rostratis triquetris pubescentibus, squamam obovatam mucronatam aequantibus, bracteis vaginatis obliquis mucronatis, margine membranaceis. Host. gram. 1. p. 46. t. 60.

In sylvis, et pascuis Ticini dictis *alla Costa* frequens.

Carex ciliata.

Spica mascula solitaria, foemineis subgeminis approximatis oblongis sessilibus, stigmatibus tribus, fructibus subrotundo-obovatis pubescentibus, squama oblonga obtusa majoribus.

Ad radicem montis *Rosa* unicam stirpem collegit *Carestia*.

Carex praecox.

Spica mascula solitaria, foemineis geminis approximatis oblongis sessilibus, stigmatibus tribus, fructibus subgloboso-triquetris pubescentibus, squamam ovatam acutam aequantibus. Host. gram. 1. p. 51. t. 68.

In pascuis vulgatissima varians *spicis inferioribus androgynis: et spica infera radicali, et caule foliis breviore, vel duplo longiore.*

Carex mucronata.

Spica mascula solitaria sessili, foeminea sub-

solitaria approximato elliptico-subrotunda sessili, stigmatibus binis, fructibus oblongo-triquetris subpubescentibus incurvato-rostratis bidentatis, squama oblonga acuta longioribus.

In pascuis summis montium *di s. Agata* versus *Canobbio*, unice, et rara.

Carex nigra.

Spica mascula solitaria, foemineis subgeminis subsessilibus confertissimis oblongo ovatis, stigmatibus tribus, fructibus oblongo-ovatis compressis, squamam ovatam aequantibus.

Ex alpibus *di Scopa* retulit *Carestia.*

Carex flava.

Spica maxima solitaria, foemineis subternis subapproximatis ellipticis incluse pedunculatis, stigmatibus tribus, fructibus ovatis reflexis rostratis, rostro curvato bidentato, squama ovato-lanceolata longioribus.

In pratis ad fossas vulgaris. In sylvis vallis Ticini occurrit varietas oederi Schk. n.° 55. t. F f. 26. quae distincta species apparet.

Carex distans.

Spica mascula solitaria, foemineis tribus, ovatis distantibus, suprema sessili, reliquis pedunculatis, stigmatibus tribus, fructibus ovatis acuminatis bicuspidatis, squamam ovatam acuminatam subaequantibus. Fl. dan. 1049.

In pratis pinguibus vulgaris.

Carex ferruginea.

Spica mascula solitaria, foemineis tribus distantibus, binis inferioribus pedunculatis, stigmatibus tribus, fructibus oblongis com-

presso–triquetris, margine hispidis, ore membranaceo bilobo, squama oblonga acuta longioribus.

Ex alpibus *di Scopa*, et *Allagna* retulit *Carestia*.

Carex frigida.

Spica mascula solitaria, foemineis tribus distantibus binis, inferioribus pedunculatis, stigmatibus tribus, fructibus lanceolatis triquetris, margine hispidis bicuspidatis, squama oblonga longioribus.

In uliginosis alpium ubique.

Carex umbrosa.

Spica mascula solitaria obovata, foemineis subternis approximatis binis, inferioribus exserte pedunculatis, stigmatibus tribus, fructibus compressis obovatis pubescentibus rostratis, ore bidentatis, squamam oblongam subaequantibus. Host. gram. 1. p. 52. t. 69.

In sylvis s. Petri *di Mosezzo* frequens, ubi *spica mascula unica etiam occurrit.*

Carex depauperata.

Spica mascula solitaria, lineari, foemineis terni tri, vel quinque floris remotis binis inferioribus exserte pedunculatis, stigmatibus tribus, fructibus obovatis inflatis rostratis, ore obliquis, squama oblonga longioribus.

Ad montem *Turlo* observavit *Carestia.*

Carex panicea.

Spica mascula solitaria, foemineis subbinis remotiusculis, suprema subincluse pedunculata, infima longe pedunculata, stigmatibus tri-

bus, fructibus ovatis obtusis, squama ovata majoribus. Host. gram. 1. p. 59. t. 79.

Ad lacum *del Margozzo*, et ad *Pian di Fariolo* rara.

Carex alpestris.

Spica mascula solitaria, foemineis tribus quinque floris, binis approximatis sessilibus, infima radicali longissime pedunculata, stigmatibus tribus, fructibus obovato-oblongis triquetris brevissime rostellatis, ore obliquo, squamam oblongam aequantibus.

In valle *di Strona* prope *il Forno*, et ad rupes *di Quarna superiore* non rara, sed constanter *spicis foemineis binis infima radicali longissime pedunculata* observavi.

Carex firma.

Spica mascula solitaria, foemineis subtribus distantibus, infima exserte pedunculata, stigmatibus tribus, fructibus oblongis, margine hispidis rostratis, ore obliquo, squama ovato-oblonga majoribus. Host. synop. 509.

Ad montem *Rosa* observavit clarissimus Allionius. Fl. ped. n.° 2331.?

Carex caespitosa.

Spica mascula solitaria, foemineis cylindraceis obtusis subternis distantibus, infima brevissime exserte pedunculata, stigmatibus binis, fructibus ovatis obtusis, ore pertusis, squama oblonga obtusa majoribus, foliis patulis. Host. gram. 1. p. 62. t. 91.

In pratis ubique multis varians modis, *nunc caulis erectus, nunc pendulus: spicae masculae duo, vel unica, foemineae duo, tres*

vel quatuor, quae non raro androgynae evadunt.

CAREX PENDULA.

Spica mascula solitaria, foemineis subquinis cylindraceis, pendulis sessilibus, infima exserte pedunculata, stigmatibus tribus, fructibus ellipticis brevissime rostratis, ore bidentatis, squamam ovatam submucronatam aequantibus. Host. gram. 1. p. 73. t. 100.

In fossis uliginosis non rara, et frequenter variat spicis masculis binis.

CAREX STRIGOSA.

Spica mascula solitaria, foemineis quaternis, pendulis filiformibus distantibus, inferioribus exserte pedunculatis, stigmatibus tribus, capsulis oblongo–lanceolatis nervosis, ore oblique–truncatis, squama ovato–lanceolata longioribus. Fl. dan. 1237.

In uliginosis *di Scopa*, et *Allagna* observavit *Carestia.*

CAREX CAPILLARIS.

Spica mascula solitaria, foemineis subternis longe pedunculatis cernuis subsexfloris, stigmatibus tribus, fructibus ellipticis rostratis distantibus, ore obliquo, squama ovata longioribus. Fl. dan. 168.

Ad radices montium in erbosis non rara.

CAREX PALLESCENS.

Spica mascula solitaria, foemineis subternis pedunculatis cernuis ellipticis, stigmatibus tribus, fructibus obovato–oblongis obtusis, squamam oblongam cuspidato - mucronatam aequantibus, foliis pubescentibus. Fl. dan. 1050.

In pratis uliginosis vulgaris.

Carex pseudo-cyperus.

Spica mascula solitaria, foemineis quaternis geminatis pedunculatis, pendulis cylindricis, stigmatibus tribus, fructibus ovato-lanceolatis bicuspidatis reflexis, squamam setaceam aequantibus. Host. gram. 1. p. 63. t. 85.

In fossis oryzarum vulgaris, ubi variat *pedunculis longissimis, et brevissimis.*

'Carex drymeja.

Spica mascula solitaria, foemineis quaternis remotis filiformibus pedunculatis cernuis, stigmatibus tribus, fructibus ovatis rostratis bifidis, squamam ovatam membranaceam mucronatam subaequantibus. Host. gram. 1. p. 62. t. 84.

In sylvis uliginosis Ticini *alla Portaluwa* in pratis *di Ornavasso* atque ad *Pian di Fariolo* potius rara.

Carex recurva.

Spicis masculis geminatis, foemineis cylindricis subternatis pedunculatis pendulis, stigmatibus tribus, fructibus ellipticis, obtusis scabriusculis, squamam ovato-cuspidatam aequantibus. Host. gram. 1. p. 66. t. 90.

In paludosis secus lacus Verbani, et Cusii, praesertim versus *Buscione*, sed *spicis constanter erectis.*

* Carex acuta.

Spicis masculis binis, ternisve foemineis subquaternis subpedunculatis subnutantibus cylindraceis remotis, stigmatibus binis, fructibus oblongis, brevissime rostellatis, ore inte-

gro pertuso, squamam oblongam acutam subaequantibus. Host. gram. 1. p. 70. t. 95.

In fossis paludosis ubique.

CAREX PALUDOSA.

Spicis masculis binis, foemineis ternis erectis cylindraceis attenuatis, inferioribus pedunculatis, stigmatibus tribus, fructibus ovatis nervosis bidentatis, squama lanceolata aristata latioribus eamque aequantibus. Host. gram. 1. p. 68. t. 92.

In uliginosis ubique.

* CAREX VESCICARIA.

Spicis masculis tribus, foemineis subgeminis pedunculatis cylindraceis, stigmatibus tribus, fructibus oblongis inflatis rostratis bicuspidatis, squama lanceolata majoribus, culmo acute triquetro. Host. gram. 1. p. 72. t. 98.

In pratis, et nemoribus *d' Isarno*, et *Mosezzo*, paludosis crescit, ubi spicae masculae, et foemineae constanter duo observantur.

CAREX HIRTA.

Spicis masculis binis, foemineis tribus oblongis, remotis inferioribus breve pedunculatis, stigmatibus tribus, fructibus oblongis acuminatis hirtis bicuspidatis, squama oblonga aristata majoribus vaginis, foliisque subhirtis. Host. gram. 1. p. 71. t. 96.

In pascuis Ticini vulgaris, ubi varietatem spicis masculis tribus collegi.

MONOECIA TETRANDRIA.

Alnus. *Alno.*

Mas. *amentum: 3-flor.: cor. 4-partita.*
Foem. *amentum: 2-florum: cor. o.: styli 2-sem.: 1-ovatum.*

✠ * Alnus glutinosa.

Foliis subrotundo-cuneatis obtusis subretusis glutinosis, axillis venarum subtus villosis.

In locis humidis, et ad rivulos, praesertim collium frequens, varians foliis incisis, et laciniatis, vernacule *Onizza* appellatur.

Alnus incana.

Foliis oblongis acutis, subtus pubescentibus, axillis venarum nudis, stipulis lanceolatis.

In montanis locis humidis frequens.

Urtica. *Ortica.*

Mas. *cal. 4-phyllus: cor. nulla: nectarium cyathiforme.* Foem. *cal. 2-valvis: cor. o.: stigma villosum: sem. 1-ovatum.*

Urtica pilulifera.

Foliis oppositis ovatis serratis, amentis fructiferis globosis. Lob. ic. 522.

Unicam inveni stirpem in *Prato*, loco dicto *alla Baragia*.

✠ * Urtica urens.

Foliis oppositis ellipticis subquinque nerviis

argute-serratis, spicis glomeratis geminatis. Fl. dan. 739.

Ortica terza. Matt. 127. *Ortica officin.*

In umbrosis, et ad vias ubique, vernacule *Ortiga.*

*† Urtica dioica.

Foliis oppositis cordatis ovato-lanceolatis grosse-serratis, floribus dioicis, spicis paniculatis glomeratis geminatis, petiolo longioribus. Fl. dan. 746.

Ortica seconda. Matt. 1184-569.

In campis, et ad vias locis pinguioribus, vulgaris *Ortica.*

MONOECIA PENTANDRIA.

Xanthium. *Xanzio.*

Mas. *cal. communis polyphyllus: cor. 5-fidae: filamenta connexa.* Foem. *cal. nullus: cor. o.: styli 2.: drupa 2-locularis.*

* Xanthium strumarium.

Caule inermi, foliis cordatis trinervatis, semitilobatis. Lam. illust. t. 765. f. 1.

Lappa minore. Matt. 1263. 598.

Ad vias locis siccis frequens.

Amaranthus. *Amaranto.*

Mas. *cal. 3-seu 5-phyllus: cor. o.: stam. 3., seu 5.*
Foem. *cal. idem: cor. o.: styli 3.:*
capsula circumscissa.

Amaranthus blitum.
Glomerulis triandris subspicatis, floribus triphyllis, foliis ovatis retusis, caule diffuso.
Blito bianco. Matt. 481. 281.
In arvis, et hortis locis umbrosis vulgaris, crescit quoque ad oppidum Novariae.

Amaranthus viridis.
Glomerulis triandris, floribus masculis trfidis, foliis ovatis emarginatis, caule erecto strato.
Ad oppidum Novariae locis saxosis non raro.

MONOECIA POLYANDRIA.

Ceratophyllum. *Ceratofillo.*

Mas. *cal. sub 7. partitus: cor. o.: stam.* 18. *circiter.*
Foem. *cal. 6-phyllus imbricatus: cor. o.:*
pistil. 1.: *nux monosperma.*

Ceratophyllum demersum.
Foliis dichotomo-bigeminis, fructibus trispinosis. Lam. illust. t. 775. f. 2.
In stagnis, et ad lacus vulgare.

Ceratophyllum submersum.
Foliis dichotomo-trigeminis, fructilus muticis. Lam. illust. t. 775. f. 1.
Cum praecedente minus frequens

Myriophyllum. *Miriofillo.*

Mas. *cal. 4-fidus : cor. 4-petala : stam. 8.*
Foem. *cal. idem : cor. 4-petala : pistil. 4. : caps. 4-monosperma.*

MYRIOPHYLLUM SPICATUM.

Foliis omnibus pinnatis capillaceis, spica terminali verticillata nuda. Fl. dan. 681.

In aquis lente fluentibus vulgare.

MYRIOPHYLLUM VERTICILLATUM.

Foliis pinnatis capillaceis superioribus pectinato-pinnatifidis, floribus axillaribus verticillatis. Clus. hist. 2. p. 252. f. 1.

Ad lacum Verbani, in stagnis Atisonis unice observavi.

Sagittaria. *Saettaria.*

Mas. *cal. 3-phyllus* : *cor. 3-petala* : *stam. 24. circiter.*
Foem. *cal. 3-phyllus* : *cor. 3-petela* : *pistilla, et semina numerosa.*

SAGITTARIA SAGITTIFOLIA.

Foliis lanceolatis, acuminatis sagittatis, lobis lanceolatis rectis, scapo simplici. Fl. dan. 172.

In fossis aquosis, et stagnis, vulgatissima; varians *foliis latioribus, et angustioribus acutis, et òbtusis.*

Poterium. *Poterio.*

Mas. *cal. 4-phyllus : cor. 4-partita : stam.* 32. *circiter.* Foem. *cal. 4-phyllus : cor. 4-petala : pist.* 2.: *sem.* 2. *obducta.*

✠ Poterium sanguisorba.

Inerme, caulibus subangulosis. Sab. hort. 2. t. 71.

Pimpinella italica officin.

In pratis, praesertim vallis *Arbogna* vulgaris, sub nomine *Olmetto* cognoscitur.

Quercus. *Quercia.*

Mas. *amentum nudum : cal. 5-fidus : cor.* o.: *stam.* 10. *circiter.* Foem. *cal. integer : cor.* o.: *styli* 5.: *nux coriacea.*

* Quercus esculus.

Foliis ovato-oblongis sinvatis glabris, lobis oblongis obtusis subangulatis, basi attenuatis junioribus hirtis.

In sylvis collium vulgaris.

✠ * Quercus robur.

Foliis oblongis petiolatis glabris sinvatis, lobis rotundatis, fructibus oblongis sessilibus.

In sylvis: vulgo *Rola*, *Rovere*.

* Quercus pedunculata.

Foliis oblongis subsessilibus glabris sinvatis, lobis rotundatis, fructibus oblongis pedunculatis.

In sylvis subalpinis, et collibus non rara.

* * Quercus cerris.

Foliis oblongis pinnatifido-sinvatis, subtus hirtis, basi angustatis, lobis oblongo-lanceolatis dentatis, calycibus fructus hemisphaericis echinatis.

In sylvis montanis, et collinis vulgaris, nec deest ad declivem Ticini, vernacule *Scer*, *Sciron.*

Fagus. *Faggio.*

Mas. *cal. 5-fidus campanulatus*: *cor. o.*: *stam.* 12. *circiter.*

Foem. *cal. 4-dentatus*: *setosus*: *cor. o.*: *germina* 2.: *nuces* 2.: *calyce coriaceo 4-fido echinato inclusae.*

* Fagus sylvatica.

Foliis ovatis glabris obsolete dentatis, margine ciliatis.

In sylvis subalpinis vulgatissima sub vulgari nomine *Fò.*

Castanea. *Castagna.*

Mas. *amentum nudum*: *cal. o.*: *cor. 5-petala*: *stam.* 10. 20.

Foem. *cal.* 5. *seu 6-phyllus muricatus* : *cor. o.*: *germ.* 3.: *styl.* 6.: *stigmata penicilliformia*: *nuces* 3.: *calyce echinato inclusae.*

* Castanea vesca.

Foliis oblongo-lanceolatis acuminatis, mucronato-serratis, subtus nudis.

In montanis vulgaris sub nomine *Castagna.*

Betula. *Betula.*

M.as. *amentum imbricatum, squamis peltatis, trifloris: cal. squama: cor. o.: stam.* 10. 12.
Foem. *amentum imbricatum: cal. squama* 2-*flora: cor. o.: sem.* 1. *alatam.*

✠ * Betula alba.

Foliis deltojdibus acutis duplicato-serratis glabris, strobilorum squamis lobis lateralibus rotundatis, petiolis glabris pedunculo longioribus. Duham. arb. 1. p. 100. t. 39.

In alpibus, montibus, et collibus vulgaris sub nomine *Beola.*

Betula pubescens.

Foliis deltojdibus acutis subcordatis duplicato-serratis, subtus ramulisque pubescentibus, strobilorum squamis lobis lateralibus rotundatis.

Cum praecedente observavi in sylvis *di Crevola, Valle di Vedria.*

* Betula nana.

Foliis orbiculatis crenatis glabris, subtus reticulato-venosis. Fl. dan. 91.

In valle *di Formazza*, ad montem *Moro*, et *Turlo*, locis umbrosis non rara.

Carpinus. *Carpino.*

Mas. *amentum imbricatum: cal. squama:*
cor. 0.: *stam.* 10.
Foem. *amentum imbricatum: cal. squama 2-flora:*
cor. 3-fida pilosa: nux nuda sulcata.

* Carpinus betulus.
Strobilorum squamis tripartitis subintegerrimis, laciniis lanceolatis, intermedia elongata.
In sylvis collium, montium, et vallis Ticini sub nomine *Carpano.*

Corylus. *Corilo.*

Mas. *amentum imbricatum: cal. squama,*
cor. 0.: *stam.* 8.
Foem. *cal. 2-partitus: cor.* 0.: *styli* 2.: *nux nuda:*
calyce persistenti cincta.

* Corylus avellana.
Stypulis oblongis obtusis, calycibus fructus campanulatis apice patulis, lacero-dentatis, foliis subrotundis cordatis acuminatis.
Avellano nocciolo. Matt. 302. 171.
In sylvis vulgaris, sub nomine vernaculo *Nisciola.*

MONOECIA MONADELPHIA.

Pinus. *Pino*.

Mas. *cal. 4-phyllus: cor.* o.: *stam. plurima.*
Foem. *amentum strobilac.: cal. squama 2-flora: cor.* o.: *pistilla* 2.: *nuces 2-alatae.*

✠ * Pinus sylvestris.

Foliis geminis rigidis, conis ovato-conicis longitudine foliorum subgeminis, basi rotundatis. Duham. arb. 2. t. 30.

Pino selvatico. Matt. 110. 83.

In summis jugis alpium, praesertim in vallibus Ossulae ad montem Hortanum abundat.

✠ * Pinus cembra.

Foliis quinis, conis ovatis obtusis, squamis adpressis, nucibus duris. Duham. arb. 2. t. 32.

In rupibus editioribus alpium non frequens.

✠ * Pinus larix.

Foliis fasciculatis, deciduis, strobilis ovato-oblongis, squamarum marginibus reflexis laceris bracteolis panduriformibus. Duham. arb. 1. t. 131.

Larice. Matt. 117. 86.

Alpibus vulgatissima, vernacule *Larice*.

✠ * Pinus picea.

Foliis solitariis planis emarginatis pectinatis, squamis coni obtusissimis adpressis. Duham. arb. 1. t. 2.

Pezzo. Matt. 109. 82.

Alpibus abundat sub nomine vernaculo *Peccia*, o *Pescia*.

✠ * Pinus abies.

Foliis solitariis tetragonis, strobilis cylindricis, squamis rhombeis complanatis, margine repandis erosis. Fl. dan. 193.

Alpibus vulgare, vernacule *Abete*.

Momordica. *Momordica.*

Mas. *cal.* 5-*fid.*: *cor.* 5-*fida*: *filamenta* 3-*connata.*
Foem. *cal.* 5-*fidus*: *cor.* 5-*fida* 3-*fida*: *pepo* 3-*locul. elasticus.*

✠ Momordica elaterium.

Pomis ellipticis hispidis, foliis cordatis hispidis obtusis dentatis, caule cirrhis nullis. Sabb. hort. 1. t. 64.

Cocomero selvatico. Matt. 1288. 611.

Ad vias, et sepes collium non rara. *Cuccumero asinino* vulg.

Bryonia. *Brionia.*

Mas. *cal.* 5-*dentatus*: *cor.* 5-*partita*: *filamenta* 3.
Foem. *cal.* 5-*dentatus*, *cor.* 5-*partita*: *styl.* 3. *fid.*: *bacca.*

✠ * Bryonia alba.

Foliis cordatis 5-lobis dentatis calloso-punctatis scabris, floribus racemosis.

Ad sylvas, et sepes, vernacule *Zucca selvatica.*

* Bryonia dioica.

Foliis cordatis palmatis quinquelobis dentatis, calloso-punctatis, floribus racemosis dioicis. Jacq. aust. t. 199.

Brionia officin. Matt. 1347. 637.

Ad sepes, vernacule *Zucca selvatica.*





CLASSIS XXII.

DIOECIA DIANDRIA.



Salix. *Salice.*

Mas. *amentum oblongum*: *cal. squama*: *cor.* o.: *stam.* 2. *raro* 5.
Foem. *amentum oblongum*, *cal. squama*: *cor.* o.: *stigma* 2.: *caps.* 2. *valvis*: *sem. papposa.*

SALIX PENTANDRA.

Foliis ellipticis acuminatis, serratis glabris, petiolis superne glandulosis, amentis serotinis pentandris, germinibus lanceolatis glabris. Fl. dan. 943.

Ad rivulos alpium non frequens.

SALIX PONTEDERANA.

Foliis ellipticis, basi obtusis, apice acutis glabris, subtus glaucis serratis, costa media, petiolis foliisque junioribus pilosis, germinibus oblongis tomentosis.

Ex alpibus Sessitis vallis retulit amicus *Carestia.*

* SALIX VITELLINA.

Foliis lanceolatis acuminatis glabris, subtus

glaucescentibus serratis, petiolis pilosiusculis, amentis coaetaneis, germinibus sessilibus lanceolatis glabris, stigmatibus sessilibus biiobis.

Secum Padum, Sessitem, et Atison non rara.

SALIX MYRSINITES.

Foliis ellipticis ovatis undisque serrulatis utrinque glabris nitidis concoloribus, ramulis hirtis, amentis praecocibus, capsulis lanceolatis sericeo-pubescentibus. Fl. dan. 1054.

In summis alpibus, uti ad montem *Turlo*, et supra *Macugnaga* semper rara.

* SALIX HERBACEA.

Foliis orbiculatis subretusis serratis utrinque nitidis, amentis foemineis subquinque-floris, capsulis ovato-lanceolotis glabris. Fl. dan. 117.

In summis alpibus locis sterilioribus non rara.

SALIX RETUSA.

Foliis obovatis integerrimis acutis emarginatisve glabris, supra nitidis, amentis foemineis oblongis paucifloris, squamis longitudine germinis oblongis.

Ad montem Ossulanum unicam inveni stirpem.

SALIX RETICULATA.

Foliis elliptico-orbiculatis obtusissimis integerrimis glabriusculis, subtus glaucis reticulato-venosis, amentis serotinis longe pedunculatis, germinibus oblongis villosis. Fl. dan. 212.

Ad montem *Rosa* collegit amicus *Carestia*, ego ad montem *Cistella* observavi varietatem *foliis tomentosis*.

Salix myrtilloides.

Foliis ellipticis integerrimis acutis mucronatis glabris, subtus glaucis, capsulis ovatis villosis. Vill. Delph. 3. p. 768. t. 50. f. 11.

In summis alpibus vallis *Formazza* sicuti *alla Frua, al Greis* etc. rarissima.

Salix laponum.

Foliis lanceolatis integerrimis obtusiusculis, subtus tomentosis subinaequilateris, supra canis, amentis cylindraceis, capsulis tomentosis oblongis.

Ad alpes non rara: varietas *foliis acutis supra glabris* frequens occurrit, ut distincta species videatur.

Salix arenaria.

Foliis oblongis subintegerrimis, supraglabriusculis, subtus albo-tomentosis acutis, amentis masculis oblongis, foemineis cylindraceis, germinibus ovatis tomentosis, stylis elongatis. Fl. dan. 197.

Ad basim montis *Orfano* ad lacum Verbani unice vidi, foliis denticulatis, in montuosis magnae Ossulae vallis non rara, occurrit Salix Helvetica. Vill. Delph. 3. p. 783. *foliis superne atro-viridibus* reticulatis, inferne niveis.

Salix incubacea.

Foliis lanceolatis, utrinque attenuatis integerrimis convexis supra glabris, subtus incanis subsericeis, germinibus lanceolatis sericeis, stigmatibus subsessilibus.

In valle Ticini non rara.

* Salix aquatica.

Foliis obovato-ellipticis subserratis acutis supra viridibus pubescentibus, subtus glaucis pilosiusculis, stipulis rotundatis dentatis, germinibus pedicellatis lanceolatis villosis, stigmatibus sessilibus.

Ad aquaeductus vulgaris.

* Salix caprea.

Foliis ovatis acuminatis serratis undulatis, subtus tomentosis, stipulis sublunatis, capsulis ventricosis. Fl. dan. 245.

Secus Ticinum non rara.

* Salix viminalis.

Foliis subintegerrimis lineari-lanceolatis longissimis, subtus albo-sericeis, pilis squamarum amenti foeminei germine longioribus.

Ad torrentium ripas vulgaris, *Vimine* vernacule.

✠ * Salix alba.

Foliis lanceolatis acuminaiis serratis, utrinque sericeis serraturis infimis glandulosis, stigmatibus bipartitis.

Ad rivulos ubique, sub vernaculo nomine *Gabba*, folia supra glabra.

DIOECIA TRIANDRIA.

Empetrum. *Empetro.*

Mas. *cal. 5-partit.: cor. 3-petala.*
Foem. *cal. 3-partit.: cor. 3-petala: styli 9.: bacca 9-sperma.*

* EMPETRUM NIGRUM.

Procumbens, ramulis glabris, foliis oblongis, margine revolutis glabris. Lob. ic. 621.

Inter *Rimella*, et *Campello* ad rupes collegi.

DIOECIA TETRANDRIA.

Viscum. *Visco.*

Mas. *cal. 4-partitus: cor. o.*
Foem. *cal. 4-phyllus: cor. o.: stigma obtusum: bacca 1-sperma infera.*

✻ * VISCUM ALBUM.

Foliis lanceolatis, obtusis enerviis, caule dichotomo, floribus quinis terminalibus glomeratis sessilibus.

Visco quercino officin. Matt. 851. 438.

In circumdariis *di Rima*, et *Rimella* observavit *Carestia*, ego in pomariis *di Vigevano* collegi.

DIOECIA PENTANDRIA.

Humulus. *Lupolo.*

Mas. *cal.* 5-*phyllus* : *cor.* o.

Foem. *cal.* 1-*phyllus* : *cor.* o.: *styli* 2.: *semen calyce alatum.*

✱ * Humulus lupulus. Bul. herb. t. 234.
Lupolo officin. Matt. 1273. 603.
Ad sepes vulgaris, vernacule *Lovertise*, *Rovertisc.*

DIOECIA HEXANDRIA.

Tamus. *Tamaro.*

Mas. *cal.* 6-*phyllus* : *cor.* o.

Foem. *calyx*, *et corol. maris* : *styl.* 3-*fid.*: *bacca infera* 3-*locularis.*

* Tamus communis.
Foliis cordatis indivisis. Lam. ill. t. 817.
Vite nera. Matt. 1348-638.
In sylvis frequens, crescit quoque in illis *della Vesca* prope hanc urbem.

DIOECIA OCTANDRIA.

Populus. *Pioppo.*

Mas. *amentum cylindricum: cal. squama lacera: cor.* o.: *nectar. ovat.: stam.* 8. 16.
Foem. *amentum cylindricum: cal. squama lacera: cor.* o.: *stigma 4-fidum: caps. 2-valvis: sem. papposa.*

* Populus alba.
Foliis cordatis subrotundis lobatis dentatis, subtus tomentoso-niveis, amentis ovatis. Lob. ic. 2. p. 193. f. 1.
Popolo bianco. Matt. 152. 109.
In sylvis locis humidis. Vernacule *Gatte*, *Gattero*.

* Populus canescens.
Foliis subrotundis angulato-repandis dentatis subtus tomentoso-incanis, amentis cylindraceis laxis. Lob. ic. 2. p. 193. f. 2.
In collibus *di Marano*, et valle Ticini prope *Oleggio* non rara, locis humectis crescit.

* Populus tremula.
Foliis suborbiculatis dentatis, utrinque glabris, petiolis compressis, ramulis hirtis Duham. arb. 2. t. 37.
Popolo libico. Matt. 154. 109.
In sylvis vulgaris sub nomine vernaculo *Albarello*, *Alberino*.

✻ * Populus nigra.
Foliis utrinque glabris acuminatis serratis del-

toidibus, diametro longitudinali longiore. Duham. arb. 2. t. 39. f. 4. 5.
Popolo nero. Matt. 138. 109.

In sylvis, et ad aquaeductus, vernaculè *Pibbia*, od *Albaro*.

Rhodiola. *Rodiola*.

Mas. *cal*. 4-*partitus*: *cor*. 4-*petala*.
Foem. *cal*. 4-*partit*.: *cor*. o.: *pistil*. 4.: *caps*. 4-*polyspermae*.

✠ Rhodiola rosea. Fl. dan. 183.

Ad rupes magnae vallis Ossulae non rara; ubi pedalis, altitudine evadit, ad montem *Turlo* vix policarem altitudinem aquirit.

DIOECIA ENNEANDRIA.

Mercurialis. *Mercurella*.

Mas. *cal*. 3-*phyllus*: *cor*. o.: *stam*. 9-12.
Foem. *cal*. 3-*phyllus*: *cor*. o.: *styli* 2.: *caps*. 2-*cocca*.

Mercurialis perennis.

Caule simplicissimo, foliis scabris. Fl. dan. 400.

In nemoribus, praesertim collium.

✠ * Mercurialis annua.

Caule herbaceo brachiato, foliis oblongis glabris, floribus masculis spicatis. Lam. illust. t. 820.

Mercorella offcin. Matt. 1360. 1361. 643.

In ruderatis vulgaris, vernacule *Mercorella.*

Hydrocharis. *Idrocaride.*

Mas. *cal.* 3-*phyllus* : *cor.* 3-*petala.*
Foem. *cal.* 3-*phyllus* : *cor.* 3-*petala* : *styli* 6. : *caps. infera* 6-*locul.*

Hydrocharis morsus ranae. Fl. dan. 878.
In stagnis lacus Verbani, in illis Ticini, et Padi non frequens.

DIOECIA MONADELPHIA.

Juniperus. *Ginepro.*

Mas. *ament. conicum* : *cal. squama* : *cor.* o. : *stam.* 3.
Foem. *cal.* 3-*partit.* : *cor.* 3-*petala* : *styli* 3. : *bacca infera* 3-*sperma calycina.*

✠ * Juniperus communis.
Foliis ternis patentibus mucronatis, bacca longioribus. Duham. arb. 1. t. 127.
Ginepro officin. Matt. 138. 99.
In valle Ticini vulgaris sicuti, et in collibus locis sterilioribus, ubi quandoque arborea evadit. Vernacule *Ginepro.*

Taxus. *Tasso.*

Mas. *cal. 4-phyllus*: *cor.* o.
Foem. *cal. 4-phyllus*: *cor.* o.: *stigma* 1.: *bacca* 1-*sperma recutita.*

* Taxus baccata.
Foliis linearibus distichis, planis, receptaculis masculis, globosis. Duham. arb. 2. t. 86.
Tasso. Matt. 1156. 557.
In summis montibus *d' Intragna, di Vegezzo*, et vallis *della Strona*, vernacule *Nasso.*

Ruscus. *Rusco.*

Mas. *cal.* 6-*phyllus*: *cor.* o.: *stam.* 5.
Foem. *cal.* 6-*phyllus*: *cor.* o.: *pistil.* 1.: *bacca* 3-*locul.*: 2-*sperma.*

✠ * Ruscus aculeatus.
Foliis mucronato-pungentibus, supra floriferis nudis. Duham. arb. 2. t. 57.
Ad rupes montium, praesertim ad montem *di Fenera* frequens, vernacule *Spongia-rat.*

✠ Ruscus hypoglossum.
Foliis supra floriferis sub foliolo. Lob. ic. t. 638. f. 1.
Ad rupes inter *Baveno*, et *Fariolo* raro occurrit.

CLASSIS XXIII.

POLYGAMIA MONOECIA.

Veratrum. *Veratro.*

Hermaphrod. *cal.* o.: *cor.* 6-*petal.*: *stam.* 6.: *pistil.* 3.: *caps.* 3.
Mas. *cal.* o.: *cor.* 6-*petal.*: *stam.* 6.

✣ VERATRUM ALBUM.
Racemis paniculatis, bracteis ramorum oblongis, partialibus pedunculum pubescentem subaequantibus, floribus erectis. Jacq. aust. t. 335.
Elleboro bianco officin. Matt. 1279. 606.
In pascuis montanis nimis infesta.

Andropogon. *Andropogono.*

Hermaphrod. *cal. gluma* 1-*flora*: *cor. gluma basi aristata*: *stam.* 3.: *styl.* 2.: *sem.* 1.
Mas. *cal. gluma* 1-*flora*: *cor. gluma basi aristata*: *stam.* 3.

ANDROPOGON GRYLLUS.
Panicula simplici diffusa, ramis apice 3-flo-

ris, flore intermedio hermaphrodito, apice aristato sessili, basi barbato, lateralibus masculis pedicellatis muticis. Host. gram. 2. p. 1. t. 1.

In pascuis, et pratis siccis etiam circa Novariam vulgare, vernacule *Trebione*.

ANDROPOGON ISCHAEMUM.

Spicis digitatis suboctonis, floribus geminatis basi lanatis, hermaphrodito sessili, corolla bivalvi apice aristata, masculo pedicellato, corolla univalvi mutica rachi pilosa. Host. gram. 2. p. 3. t. 3.

In pascuis aridis Ticini, et ericetis Burgimaneri non frequens.

Holcus. *Olco.*

Hermaphrod. *glum. 1-flor.: glum. 2-valvis: stam. 3.: styli 2.: sem. 1.*

Mas. *glum. 1-flor.: glum. 2-valvi: stam. 3.*

HOLCUS MOLLIS.

Glumis bifloris hermaphroditis, flosculo sessili mutico pedicellato aristato, arista flore longiore. Host. gram. 1. p. 3. t. 3.

In pratis siccis, et pascuis vulgaris. *Panicula albo, violaceo, et rubello colore variat maturescendo.*

HOLCUS LANATUS.

Glumis 2-floris hermaphrod., mutico, masculi arista, flore multo breviore, recurva. Host. gram. 1. p. 2. t. 2.

In pascuis ubique, et pratis, a praecedente distinguitur *glumis brevioribus minusque acutis.*

Valantia. *Valanzia.*

Hermaphrod. *cal.* o.: *cor.* *4-partit.*: *stam.* 4.: *styli* *2-fid.*: *sem.* 1.
Mas. *cal.* o.: *cor.* *3-4-partita*: *styli* 3-4.

VALANTIA HISPIDA.

Foliis quaternis obovato-oblongis aveniis scabriusculis, floribus masculis trifidis germini hermaphroditici insidentibus.

In pascuis *di Pallanza* unice vidi.

VALANTIA APARINE.

Foliis senis lineari-lanceolatis, margine hispidis, pedunculis bifloris nudis, floribus masculis trifidis, fructibus tuberculatis. Vaill. paris. 18. t. 4. f. 3.

Ad vias collium, praesertim *di Vergano*, *Maggiora*, et *Boca.*

* VALANTIA CRUCIATA.

Foliis quaternis elliptico-oblongis trinerviis reticulatis hispidis, pedunculis ramosis, glabris bracteatis, bracteis oblongis, fructibus glabris.

Secus vias umbrosas vulgaris.

VALANTIA GLABRA.

Foliis quaternis ellipticis ciliatis, pedunculis ramosis nudis, fructibusque glabris.

Ad vias, et in pascuis collium non rara.

Parietaria. *Parietaria.*

Hermaphrod. *cal.* *4-fidus* : *cor.* o.: *stam.* 4.: *styl.* 1.: *sem.* 1.

Mas. *cal.* *4-fidus* : *cor.* o.: *styl.* 1.: *sem.* 1.

✠ * PARIETARIA OFFICINALIS.

Foliis oblongo-ovatis, utrinque acuminatis pellucido punctatis, pedunculis dichotomis, calycibus diphyllis. Fl. dan. 521.

Parietaria officin. Matt. 1170. 563.

In umbrosis, et ruderatis vulgaris, et ad parietes, vern. *Parietaria.*

PARIETARIA JUDAJCA.

Foliis ovatis, caulibus erectis, calycibus trifloris, corollis masculis elongato-cylindricis.

Ad parietes, et rupes collium, praesertim *di Pallanza* frequens.

Atriplex. *Atriplice.*

Hermaphrod. *cal.* *5-phyllus* : *cor.* o.: *stam.* 5-*styl.* 2-*fid.*: *sem.* 1.

Foem. *cal.* 2-*phyl.*: *cor.* o.: *styil.* 2-*fid.*: *sem.* 1.

ATRIPLEX HASTATA.

Caule erecto herbaceo, foliis triangulari-hastatis profunde-dentatis concoloribus, calycibus fructus sinvato-dentatis, dente intermedio elongato.

Ad vias umbrosas collium frequens.

Atriplex patula.

Caule herbaceo patulo, foliis triangulari-hastatis, acuminatis subdentatis, calycibus fructus rhombeis, apice denticulatis, disco submuricatis.

Ad vias locis pinguioribus vulgaris.

Acer. *Acero.*

Hermaphrod. *cal.* 5-*fid.* : *cor.* 5-*petala* : *stam.* 8. : *styli* 2. : *samara apice alata* 2-*sper.*

Mas. *cal.* 5-*fid.* : *cor.* 5-*petala* : *stam.* 8.

* Acer pseudoplatanus.

Foliis quinque lobis inaequaliter dentatis, subtus glaucescentibus glabriusculis, racemis pendulis. Duham. arb. 1. t. 36. f. 1.

In alpibus, et collibus, vernacule *Platano.*

* Acer campestre.

Foliis quinque lobis integerrimis, lobis obtusis majoribus, obsolete subsinvatis, corymbis erectis. Duham. arb. 1. t. 10. f. 7.

In sylvis, et ad sepes montium vulgare, varians foliis trilobis, vernacule *Opio.*

POLYGAMIA DIOECIA.

Fraxinus. *Frassino.*

Hermaphrod. *cal.* o., *seu* 4-*partitus*: *cor.* o., *seu* 4-*petala* : *stam.* 2. : *pistil.* 1. : *samara* 1. *sperma.*

Foem. *calix, et cor. ut in hermaphrod.* : *pistil.* 1. : *samara* 1. *sperma.*

* *Fraxinus excelsior.

Foliolis subpetiolatis lanceolatis acuminatis ser-

ratis glabris, basi cuneatis, floribus nudis. Duham. arb. t. 101.

Frassino. Matt. 150. 107.

In montanis locis humidis frequens varietatem collegi inter *Ameno*, et *Miašino foliis apice tantum dentatis, et basi attenuatis* hinc ad *fr. angustifolium* accedens, vernacule *Frassino*, corollas nundum vidi.

✠ * Fraxinus ornus.

Foliolis petiolatis, oblongo-lanceolatis acuminatis serratis, floribus corollatis. Duham. arb. 1. t. 101. n.° 4.

In montanis, praecipue inter *Canobbio*, et *Intra* crescit, sed raro.

Ficus. *Fico*.

Receptaculum commune turbinatum carnosum, connivens, occultans flosculos, vel in eodem, vel distincto.

Mas. *cal.* 3-*partit.*, *cor.* 0.: *stam.* 3.


Foemin. *cal.* 5-*partit.*: *cor.* 0.: *pistil.* 1.: *semen* 1.: *calyci persistenti clauso subcarnoso tectum.*

✠ * Ficus carica.

Foliis cordatis tri vel quinquelobis repando-dentatis, lobis obtusis supra scabris, subtus pubescentibus receptaculis pyriformibus glabris.

Fico offic. Matt. 308. 180.

Ad rupes collium, et ad parietes oppidi hujus urbis spontanea crescit, cultura plures originem habuere varietates colore, sapore, et fructus magnitudine distinctae, vernacule *Fico*, *Fic*.



CLASSIS XXIV.

CRYPTOGAMIA. FILICES.



Equisetum. *Equiseto.*

Spica sparsa terminali ovali oblonga : fructificationes peltatae : basi dehiscentes, multivalves.

Equisetum arvense. Vitm.
Scapo fructificante, nudo sterili frondoso.
In arvis humidis, et pratis uliginosis frequens.

Equisetum palustre. Vitm.
Caule angulato, frondibus simplicibus.
In uliginosis Ticini, et Padi.

Equisetum fluviatile. Vitm.
Caule florigero nudo striato, sterili verticillato, folia minuta longissima verticillata tetragona.
In uliginosis vulgaris. *Foliorum numerus variat a* 20. *ad* 40. *species maxima.*

Equisetum limosum. Lin. spec. 1517.
Caule subnudo laevi.
In uliginosis vallis Ticini, et lacus Verbani frequens. *Distinguitur ab equis. palustre caule*

crassiore; sulcis 20. minus profundis, vaginis 20. dentatis, spica breviore, et magis crassa.

Equisetum hyemale. Lin. spec. 1516.

Caule subnudo aspero, basi ramoso.

In uliginosis Ticini, ubi *caule folioso, et nudo variat.* Vernacule *Sprella.*

Ophioglossum.

Spica articulata: fructificationes circumscissae.

Ophioglossum vulgatum. Lin. spec. 1518.

Fronde ovata. Fl. dan. 147.

In pratis collium frequens, in illis prope Novariam *a s. Andrea* raro occurrit.

Osmunda.

Spica racemosa: fructificationes bivalves.

Osmunda lunaria.

Scapo caulino solitario, fronde pinnata solitaria. Fl. dan. 18. f. 1.

In pratis montanis, et subalpinis locis siccis frequens.

Osmunda regalis.

Frondibus bipinnatis, apice racemiferis. Fl. dan. 217.

Ad fossas aquosas frequens, praesertim secus viam *della Biandrina.*

Acrosticum.

Fructificatio totum discum occupans.

Acrosticum septentrionale. Vitm.
Frondibus linearibus laciniatis nudis. Fl. dan. 60.
Ad rupes montium, et collium vulgare.

Acrosticum marantae. Vitm.
Frondibus subbipinnatis, pinnis opposito-coadunatis, subtus hirsutissimis, basi subdentatis. Lin. spec. 1527.
Ad rupes collium, et montium frequens.

Pteris.

Fructificatio in lineis marginalibus.

Pteris aquilina. Vitm.
Frondibus supradecompositis, foliolis pinnatis, pinnis lanceolatis, infimis pinnatifidis, superioribus minoribus. Bull. herb. t. 207.
In pascuis, et locis sterilibus, vernacule *Feles*.

Pteris crispa. Vitm.
Frondibus supra decompositis, sterilibus, obtusis, dentatis, floralibus ovatis integerrimis. Fl. ped. n.° 2592. Fl. dan. 496.
Osmunda crispa. Lin. spec. 1522.
Ad rupes alpinas vulgaris.

Blechnum.

Fructificatio in lineis duabus parallelis costae frondis adproximatis.

Blechnum spicant. Vitm.

Frondibus lanceolatis pinnatifidis, laciniis confluentibus parallelis integerrimis. Fl. dan. t. 99. *Osmunda spicant*. Lin.

Ad rupes umbrosas montium vulgaris.

Asplenium.

Lineae disci subparallelae variae.

Asplenium scolopendrium. Vitm.

Frondibus simplicibus cordato-lingulatis integerrimis, stipitibus hirsutis. Lin. spec. 1537.

Ad radices montium, et collium, et valle Ticini ad aquaeductus vulgare. Varians *foliis planis integerrimis*, *foliis undulatis*, et *foliis apice multifidis crispis*.

Asplenium ceterach. Vitm.

Frondibus pinnatifidis, lobis alternis confluentibus obtusis. Lin. spec. 1538. Bull. herb. 383.

Ad rupes apricas collium, et montium vulgare.

Asplenium trichomanoides. Vitm.

Frondibus pinnatis, pinnis subrotundis crenatis. Lin. system. 12. p. 690. Bull. herb. t. 185.

In fissuris rupium, et ad moenia hujus urbis frequens.

Asplenium ruta muraria. Vitm.

Frondibus alternatim decompositis, foliolis cuneiformibus crenulatis. Lin. spec. 1541. Fl. dan. 190.

Ad muros vetustos etiam circa urbem.

Asplenium alternifolium. Vitm.

Frondibus simpliciter pinnatis, foliolis alternis cuneiformibus, superne incisis. Jacq. Misc. t. 5. f. 2.

Secus vallem *di Vedria* ad rupes non frequens.

Asplenium adiantum nigrum. Vitm.

Frondibus subtripinnatis, foliolis alterinis, pinnis lanceolatis inciso-serratis. Fl. dan. 250.

In umbrosis montium, et collium inter saxa vulgare.

Asplenium viride.

Herbacea, pinnis subrotundis crenatis, basi latere inferiore truncatis, petiolo virescente, basi tantum fusco. Vill. Delph. 4. p. 855.

Ad rupes vallis *Anzasca* crescit.

Polypodium.

Fructificatio in punctis per discum frondis distinctis.

Polypodium vulgare. Vitm.

Frondibus pinnatifidis, pinnis oblongis obtusis, subserratis, radice squamata. Lin. spec. 1544. Bull. herb. t. 191.

Ad radices arborum in collinis, et montanis vulgare.

POLYPODIUM LONCHITIS. Vitm.

Frondibus pinnatis, pinnis lunulatis ciliato-serratis, declinatis, stipitibus strigosis. Lin. spec. 1548. Fl. dan. 497.

Ad oras sylvarum in montanis, et alpinis non raro occurrit.

POLYPODIUM FONTANUM. Vitm.

Frondibus bipinnatis lanceolatis, foliolis subrotundis argute incisis, stipite laevi. Lin. spec. 1550.

Ad radices alpium.

POLYPODIUM PHEGOPTERIS. Vitm.

Frondibus subbipinnatis, foliolis infimis reflexis, paribus pinna quadrangulari coadunatis. Lin. spec. 1550.

In umbrosis collium vulgare.

POLYPODIUM FILIX Mas. Vitm.

Frondibus bipinnatis, pinnis obtusis crenulatis, stipite paleaceo, flores reniformes. Bull. herb. t. 183.

In sylvis, et ad sepes, praesertim vallis Ticini.

POLYPODIUM FILIX Foemina. Vitm.

Frondibus bipinnatis, pinnis lanceolatis, pinnatifidis, acutis. Lin. syst. 12. p. 693.

Cum praecedente crescit, praecipue in montanis.

POLYPODIUM THELJPTERIS. Vitm.

Fronde bipinnata, pinnis pinnatifidis integerrimis, subtus undique polline tectis. Fl. dan. 760.

Ad aquaeductus vallis Ticini, et collium.

Polypodium aculeatum. Vitm.

Frondibus bipinnatis, pinnulis lunulatis, ciliato-dentatis, stipite strigoso. Lin. spec. 1522. Moris hist. 3. s. 14. t. 3. f. 13.

Ad Ticini declivem, et in collibus locis umbrosis vulgare.

Polypodium rheticum. Vitm.

Frondibus bipinnatis, foliolis, pinnisque remotis, lanceolatis, serraturis acuminatis. Lin. spec. 1552.

In montanis ad rupes umbrosas, in sylvis, et ad muros saepe collegi, ubi tam variat, ut ex eodem stipite specimina crescunt pinnulis obtusis (Polyp. fragile L.), acutis (Polyp. rheticum L.) strictissimis, et laxississime divisis, (Polyp. alpin.); quae varietates, non species sunt dicendae.

Polypodium dryopteris. Vitm.

Frondibus supradecompositis, foliolis ternis bipinnatis. Lin. spec. 1555.

In magna valle Sessitis collegit amicus *Carest*.

Polypodium aristatum. Vill.

Frondibus subtripinnatis, pinnulis utrinque serratis. Delph. 3. p. 844. Moris. 3. s. 14. t. 3. f. 11.

Ad radices collium *di Romagnano* collexi.

Polypodium molle. Vitm.

Frondibus subbipinnatis, pinnulis lanceolatis obtusiusculis, apice crenulatis.

In nemoribus, et ad sepes collium non rara.

Polypodium montanum. All.

Frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis tertiis semipinnatis, lobulis bifidis. Fl. ped. n.° 2410.

In valle *d' Antrona* supra s. Petrum unice observavi.

Adianthum.

Maculae apicum margine reflexo obtectae.

ADIANTHUM CAPILLUS VENERIS.
Frondibus decompositis, foliolis alternis, pinnis cuneiformibus, lobatis pedicellatis. Lin. spec. 1558. Bull. herb. t. 247.
Capilvenere. Vern. offic.
In muris humidis, et ad rupes collium, vulgo *Capilvenere.*

Marsilea.

Fructus 4-capsularis.

MARSILEA NATANS.
Foliis oppositis simplicibus. Lin. spec. 1562.
In stagnis Padi, Ticini, et lacus Verbani potius rara.
MARSILEA QUADRIFOLIA.
Foliis quaternis integerrimis. L. spec. 1563.
In fossis, aquis stagnantibus fere ubique.

M U S C I.

Lycopodium.

Anthera bivalvis sessilis.

LYCOPODIUM CLAVATUM.
Foliis sparsis filamentosis, spicis teretibus, pe-

dunculatis geminis. Lin. spec. 1564. Dillen. Mus. t. 58. f. 1.

In pascuis montanis vulgare, nec deest in Fl. dan. ericetis Ticini.

Lycopodium selaginoides.

Foliis sparsis ciliatis ovato-lanceolatis, spicis solitariis terminalibus foliosis. Lin. spec. 1565. Fl. dan. 70.

In pascuis alpinis vulgare.

Lycopodium inundatum.

Foliis sparsis integerrimis, spicis terminalibus foliosis. L. spec. 1565. Fl. dan. 336.

In sylvis s. Petri *di Mosezzo* unice collegi.

Lycopodium selago.

Foliis sparsis octofariis, caule dichotomo erecto fastigiato, floribus sparsis. Dillen. musc. t. 56. f. 1.

In sylvis montanis frequens.

Lycopodium anotinum.

Foliis sparsis quinquefariis subserratis, surculis inciso-articulatis, spicis terminalibus erectis glabris. Lin. spec. 1566.

In ericetis montanis *d' Intra*, et *Canobbio*.

Lycopodium alpinum.

Foliis quadrifariam imbricatis acutis, caulibus erectis bifidis, spicis sessilibus teretibus. Fl. dan. t. 79.

In summis pascuis *di Craveggia*, et montis *Cistella*.

Lycopodium complanatum.

Foliis bifariis connatis, superficialibus solitariis, spicis geminis pedunculatis. Fl. dan. t. 78. Lin. spec. 1567.

In sylvis vallis *di Vegezzo* ad alpem *di Ralee* unice vidi.

LYCOPODIUM HELVETICUM.

Foliis bifariis patulis, superficialibus distichis, spicis geminis pedunculatis. Lin. spec. 1568. Dill. Musc. t. 64. f. 2.

Ad radices arborum in collibus, et montibus vulgare.

Sphagnum.

Anthera ore laevi.

SPHAGNUM PALUSTRE.

Ramis deflexis, foliis ovatis carinatis. Lin. spec. 1569. Dill. t. 32. f. 1.

In uliginosis, praecipue ad colles.

SPHAGNUM CAPILLI FOLIUM. Hedw.

Foliis acutis capillaribus. Lin. spec. 1569. varietas. Dill. musc. t. 32. f. 2.

In locis irriguis *d' Intra*, *Pallanza*, et *Piano di Fariolo* vulgare a praecedente distinctissima stirps.

SPHAGNUM ARBOREUM.

Ramosum repens, antheris lateralibus. Lin. spec. 1570. Dill. Mus. t. 32. f. 6.

Super truncos arborum vulgare.

Phascum.

Anthera ore ciliato.

PHASCUM CUSPIDATUM.

Caulescens, foliis ovatis, cuspidatis patulis

terminalibus erectis conniventibus. Lin. spec. 1570. Var. Dill. Musc. t. 32. f. 11.

Ad fossas, et in hortis locis humidis.

PHASCUM SUBULATUM.

Acaule, anthera sessili, foliis subulato-setaceis patulis. Lin. spec. 1570. Dill. Musc. t. 32. f. 10.

In ericetis Ticini, nec deest in sylvis s. Petri *di Mosezzo*.

Fontinalis.

Anthera sessilis perichaetio imbricato obvoluta.

FONTINALIS ANTIPYRETICA.

Foliis complicato-carinatis, trifariis, acutis, antheris lateralibus. Lin. spec. 1571. Lam. illust. t. 873.

In aquis lente fluentibus vulgaris.

FONTINALIS SQUAMOSA.

Foliis imbricatis subulato-lanceolatis, antheris lateralibus. Lin. spec. 1571. Dill. Musc. t. 33. f. 3.

In aquis fluentibus circa *Scopa* collegit *Carestia*.

Polythricum.

Anthera cum apophysi minima, marginata.

POLYTHRICUM COMMUNE.

Caule simplici, anthera parallelepipeda. Lin. spec. 1573. Dill. Musc. t. 34. f. 1.

In sylvis, et ad sepes umbrosas.

POLYTHRICUM ALPINUM.

Caule ramosissimo, pedunculis terminalibus. Lin. spec. 1573.

In ericetis, et pascuis montanis non desideratur.

Mnium.

Anthera sine apophysi.

MNIUM PELLUCIDUM.

Caule simplici, foliis ovatis. L. spec. 1574. Dill. Musc. t. 31. f. 2.

Ad vias umbrosas collium vulgare.

MNIUM ANDROGYNUM.

Androgynum, caule ramoso. Lin. spec. 1574. Dill. Musc. t. 31. f. 1.

Bryum androgynum. Hedwig. spec. 178.

In sylvis montanis, praesertim illis d' Ornavasso.

MNIUM FONTANUM.

Caule simplici, geniculis inflexo. Lin. spec. 1574. Dill. Musc. t. 44. f. 1. Fl. dan. 298.

Ad fontes locis paludosis ubique.

MNIUM HYGROMETRICUM.

Acaule, anthera nutante, calyptra reflexo tetragona. L. spec. 1575. Fl. dan. 648. f. 2.

Funaria hygrometrica. Brid. l. c. p. 118.

Locis humidis, et ad parietes vulgare.

MNIUM CIRRHATUM.

Foliis arefactione revolutis. Lin. spec. 1576. Dill. Musc. t. 48. f. 42.

Weissia cirrhata. Hedwig.

In declivibus Ticini locis umbrosis versus *Cerano* unice vidi.

MNIUM CAPILLARE.

Antheris pendulis, foliis ovato-lanceolatis, setiferis carinatis. Lin. spec. 1586. Dill. Musc. t. 50. f. 67.

Ad radices arborum in sylvis s. Petri *di Mosezzo.*

MNIUM POLYTRICHIOIDES.

Calyptra villosa. L. spec. 1576. Dill. Musc. t. 55. f. 6.

Polytrichum nanum. Hedwig.

In ericetis Burgimaneri etiam ad viam occurrit.

MNIUM SERPILLIFOLIUM.

Pedunculis aggregatis, foliis patentibus pellucidis. L. spec. 1577.

Secus aquaeductus, et ad sepes, locis umbrosis vulgare: *varians foliis integerrimis, et serratis.* Ad Brya referendum.

MNIUM TRIQUETRUM.

Foliis trifariis patulis, subulato-lanceolatis, carinatis. L. spec. 1578.

Meersia longiseta. Hedwig.

Secus la Negoja ad lacum Cusii unice vidi.

Bryum.

Anthera pedunculo terminali, e tuberculo.

a. Antheris sessilibus.

Bryum apocarpum.

Antheris sessilibus terminalibus, calyptra minima. L. spec. 1579.

Grimmia apocarpa. Brid. Musc.

Ad arborum truncos vulgare.

Bryum striatum.

Antheris sessilibus sparsis, calyptris striatis, sursumque pilosis. Lin. spec. Var. a 1579.

Orthotrichum striatum. Hedwig.

Ad truncos arborum vulgare, ubi et orthotrichum anomalum. Hedw. saepe occurrit.

b. Antheris pedunculatis.

Bryum pomiforme.

Antheris erectis sphoericis. L. spec. 1580. Dill. Musc. t. 44. f. 1.

Barthramia pomiformis. Hedwig.

In umbrosis alpium vulgare, praesertim ad rupes irriguas, ad montem *dei Frati, di Romagnano.* Varietatem collegi, *capsulis oblongis declinatis apice dilatatis annulatis hinc verbera nutans.* Hedwig.

Bryum pyriforme.

Antheris erectis obovatis, calyptra subulata, surculis acaulis, foliis ovatis muticis. L. spec. 1580. Dill. Musc. t. 44. f. 6.

Gymnostomum pyriforme. Hedwig.

Ad vias *della Bicocca* prope hanc urbem.
Locis umbrosis ubique.

BRYUM SUBULATUM.

Antheris erectis subulatis, surculis acaulibus. L. spec. 1581. Fl. dan. t. 1000. f. 2.

Tortula subulata. Hedwig.

In pascuis Ticini vulgare.

BRYUM RURALE.

Antheris erectiusculis, foliis piliferis recurvis. Lin. spec. 1581. Dill. Musc. t. 45. f. 12.

Barbula ruralis. Hedwig.

In tectis, muris, et saxis.

BRYUM MURALE.

Antheris erectis, foliis piliferis rectiusculis, surculis simplicibus cespitosis. Lin. spec. 1581. Dill. Musc. t. 45. f. 14.

Tortula muralis. Hedwig.

Iisdem locis praecedentis ubique.

BRYUM SCOPARIUM.

Antheris erectiusculis, pedunculis aggregatis, foliis secundis recurvatis, caule declinato. Lin. spec. 1582. Fl. dan. 824. f. 1.

Dicranum scoparium. Hedwig.

Ad radices arborum, ad sepes, in sylvis.

BRYUM UNDULATUM.

Antheris erectiusculis, pedunculis subsolitariis, foliis lanceolatis, carinatis, undulatis, patentibus serratis. Lin. spec. 1582. Fl. dan. 477.

Polytrichum undulatum. Hedwig.

In sylvis, et pascuis umbrosis.

BRYUM GLAUCUM.

Antheris erectiusculis, operculo arcuato, foliis erectis imbricatis, surculis ramosis. Lin. spec. 1582. Fl. dan. 824. f. 2.

Dicranum glaucum. Hedwig.

In ericetis, et sylvis.

BRYUM ARGENTEUM.

Antheris pendulis, surculis cylindricis, imbricatis, laevibus. Lin. spec. 1586. Fl. dan. 880. f. 2.

Ad parietes, in tectis, et pascuis glareosis vulgare.

BRYUM PULVINATUM.

Antheris subrotundis, pedunculis reflexis, foliis piliferis. Lin. spec. 1586. Dill. Musc. t. 50. f. 65.

Fissidens pulvinatus. Hedwig.

In muris, parietibus, super saxa ubique.

BRYUM CESPITICIUM.

Antheris pendulis, foliis lanceolatis acuminato-setaceis, pedunculis longissimis. Lin. spec. 1586. Dill. Musc. t. 50. f. 66.

In muris, et saxis collium, nec deest ad Ticini promontorium.

BRYUM TRUNCATULUM.

Antheris erectis subrotundis, operculo mucronato. Lin. spec. 1584. Dill. Musc. t. 45. f. 7.

Gymnostomum truncatum. Hedwig.

Secus fossas, et vias vulgare, ubi, et Gymnostomum ovatum. Brid. p. 32., et 87. frequenter occurrit.

BRYUM HYPNOIDES.

Antheris erectis, surculo rectiusculo, ramis lateralibus, brevibus, fertilibus. Lin. spec. 1584. Dill. Musc. t. 47. f. 32.

In glareosis Ticini abundat.

Bryum unguiculatum.

Antheris erectis oblongis, pedunculis axillaribus, foliis erectis acutis carinatis. Lin. sist. p. 948. Dill. Musc. t. 48. f. 47.

In collibus locis aridis non frequens, ad arcem *di Arona* abundat.

Hypnum.

Anthera pedunculo laterali e perichetio.

Hypnum taxifolium.

Fronde simplicissima pinnata, ovato-lanceolata, basi pedunculifera. Lin. spec. 1587. Dill. Musc. t. 34. f. 1.

Fissidens taxifolius. Hedwig.

In collibus, praesertim *di Prato*, et *Romagnano* supra terram locis udis non frequens.

Hypnum denticulatum.

Fronde pinnata simplici, pinnis duplicatis, basi pedunculifera. L. spec. 1588. Dill. Musc. t. 34. f. 5.

In locis praecedentis crescit, sed minus rara.

Hypnum adcantojdes.

Fronde pinnata, ramosa, erecta, medio pedunculifera. Lin. spec. 1588. Dill. Musc. t. 34. f. 3.

Fissidens adiantojdes. Hedwig.

In pratis uliginosis *di Ornavasso*, et *Piano di Fariolo* abundat.

Hypnum complanatum.

Fronde pinnata ramosa, foliolis imbricatis,

ovatis, acutis, complicatis, compressis. Lin. spec. 1588. Dill. Musc. t. 34. f. 7.

Leeskia complanata. Brid.

In montuosis, ad truncos arborum non rara.

Hypnum lucens.

Surculis ramosis, frondibus subpinnatis, foliolis punctatis. Lin. spec. 1589. Dill. Musc. t. 34. f. 10.

Alpibus Sessitis collegit *Carestia.*

Hypnum undulatum.

Surculis ramosis, frondibus subpinnatis, foliolis undulatis complicatis. L. spec. 1589. Dill. Musc. t. 36. f. 11.

In montium saxosis, praecceteris *d' Intra.*

Hypnum crispum.

Surculis ramosis, frondibus subpinnatis, foliolis crispis. Lin. spec. 1589. Dill. Musc. t. 36. f. 12.

In circumdariis Eumeniae collegi.

Hypnum triquetrum.

Ramis vagis recurvis, foliis ovato-lanceolatis recurvatis, patulis, (aristis triquetris). Lin. spec. 1589. Dill. Musc. t. 38. f. 28.

In sylvis umbrosis, et pratis Ticini.

Hypnum filicinum.

Surculis pinnatis, ramulis distantibus, foliis imbricatis, incurvis, acutis, secundis. L. spec. 1590. Dill. Musc. t. 36. f. 19.

In pratis, et sylvis collium.

Hypnum proliferum.

Surculis proliferis, plano 2-pinnatis, pedunculis aggregatis. L. spec. 1590. Dill. Musc. t. 35. f. 13.

Locis praecedentis crescit.

Hypnum praelongum.

Surculis subpinnatis decumbentibus, ramulis remotis, foliolis ovatis, antheris cernuis. L. spec. 1591. Dill. Musc. t. 35. f. 15.

Ad arborum truncos in montanis.

Hypnum crista castrensis.

Surculis pinnatis, ramulis approximatis, apicibus foliisque recurvis. L. spec. 1591. Dill. Musc. t. 36. f. 20.

Ad radices arborum in sylvis alpinis.

Hypnum plumosum.

Surculis pinnatis repentibus, ramis confertis, foliis imbricatis, subulatis, antheris erectis. L. spec. 1592. Dill. Musc. t. 35. f. 16.

Ad rupes montis *Greiss* unice, et rara stirps.

Hypnum aduncum.

Surculis erectiusculo-subramosis, foliis secundis, subulatis, recurvis, ramis recurvatis. Lin. spec. 1592. Dill. t. 37. f. 26.

In pascuis *di Ornavasso.*

Hypnum viticulosum.

Surculis repentibus, ramis vagis, teretibus, foliis patulis acuminatis. Lin. spec. 1592. Dill. Musc. 39. f. 45.

Neckera viticulosa. Hedw.

Ad radices arborum frequens.

Hypnum dendrojdes.

Surculo erecto, ramis fasciculatis terminalibus simpliciusculis, antheris erectis. Lin. spec. 1593. Dill. Musc. t. 40. f. 48.

Neckera dendroides. Hedw.

Ad sepes in collibus vulgare.

Hypnum purum.

Surculis pinnato-sparsis subulatis, foliis ovatis conniventibus. Lin. spec. 1594. Dill. Mus. t. 40. f. 45.

In pascuis, et sylvis locis humidis vulgare.

Hypnum riparium.

Surculis teretibus ramosis, foliis ovatis acuminatis, patulis, distantibus. L. spec. 1595. Dill. Musc. t. 40. f. 44.

Secus aquaeductus, praesertim in oryzis.

Hypnum sericeum.

Surculis repentibus, ramis confertis erectis, foliis subulatis aristatis, antheris erectis. Lin. spec. 1595.

Lesckea sericea. Hedw.

Ad arborum truncos vulgare.

Hypnum velutinum.

Surculo repente, ramis confertis erectis, foliis subulatis aristatis, antheris subnutantibus. L. spec. 1595. Dill. Musc. t. 42. f. 61.

Frequens in pratis.

Hypnum sciurojdes.

Surculis erectis ramosis incurvatis. Lin. spec. 1596. Dill. Musc. t. 41. f. 54.

Fissidens sciurojdes. Hedw.

Ad truncos arborum in montanis, et Ticini valle.

Hypnum myosurojdes.

Surculis ramosissimis, capsulis inclinatis (non erectis). Lin. spec. 1596. Dill. Musc. t. 41. f. 51.

Ad radices arborum in subalpinis non frequens.

ALGAE.

Jungermania.

Flore calyce simplici 4-valvi.

Jungermania lanceolata.

Frondibus simpliciter pinnatis, lanceolatis, apice floriferis, foliis integerrimis. Lin. spec. 1597. Dill. Musc. t. 70. f. 10.

Super terram in umbrosis collium, et montium saepe collegi.

Jungermania nemorosa.

Frondibus supra bipinnatis, apice floriferis, foliolis ciliatis. Lin spec. 1598. Dill. Musc. t. 71. f. 18.

In sylvis *di Vanzone* in valle *Anzasca* unice vidi.

Jungermania resupinata.

Frondibus supra bipinnatis inferne floriferis, foliolis imbricatis rotundis crenulatis. Lin. spec. 1599. Dill. Musc. t. 71. f. 19.

Ad montem *Cistella* observavi.

Jungermania complanata.

Surculis repentibus, foliis inferne, auriculatis, duplicato-imbricatis, ramis aequalibus. Lin. spec. 1599. Dill. Musc. t. 72. f. 26.

Ad arborum radices locis umbrosis frequens.

Jungermania dilatata.

Surculis repentibus, foliis inferne auriculatis, duplicato-imbricatis, ramis apice latioribus. Lin. spec. 1600. Dill. Musc. t. 72. f. 27.

Ad rupes, et arborum truncos, praesertim in collibus vulgaris.

Jungermania tamarisci.

Foliis imbricatis, serie duplici, superioribus subrotundis, convexis, obtusis, quadruplo majoribus. L. spec. 1600. Dill. Musc. t. 72. f. 31.

Ad radices arborum in sylvis.

Jungermania epiylla.

Acaulis, foliolo frondi innato. L. spec. 1602. Dill. Musc. t. 74. f. 41.

Ad aquaeductus, praesertim secus *la Biraga* super terram copiose crescit.

Jungermania pinguis.

Acaulis, fronde oblonga, sinvata pingui. Lin. spec. 1602. Dill. Musc. t. 74. f. 42.

Cum praecedente in fo ssis oryzarum minus frequens.

Jungermania furcata.

Acaulis, fronde lineari ramosa, extremitatibus furcatis, obtusiusculis. Lin. spec. 1602. Dill. Musc. t. 74. f. 45.

Ad arborum truncos, et rupes in umbrosis frequens.

Jungermania laevigata. Schrad.

Frondibus ramosis compressis, ramis alternis, vel oppositis, foliolis numerosis apice serratis imbricatis obtusissimis fere truncatis.

Ad montem *Moro* collegi.

Marchantia.

Flor. calyce communi peltato, subtus florido.

Marchantia polymorpha.

Calyce communi decemfido. Lin. spec. 1605. Dill. Musc. t. 76. f. 6.

Locis humidis frequens.

Marchantia hemisphaerica.

Calyce communi quinquefido, hemisphaerico, perichaetio nullo. Lin. spec. 1604. Dill. Musc. t. 75. f. 2.

Ad aquaeductus, et sepes non rara etiam in planitie.

Marchantia conica.

Calyce communi quinque loculari, subovato. Lin. spec. 1604. Dill. Musc. t. 75. f. 1.

Ad radices montium, praesertim *di Varallo.*

Marchantia androgyna.

Calyce communi integro hemisphaerico. Lin. syst. veget. Dill. Musc. t. 75. f. 3.

Secus aquaeductus in uliginosis, praesertim in valle Ticini.

Marchantia quadrata. Balb.

Pilaeo hemisphaerico, quadricostato, quadriloculari, capsulis subtus hiantibus. Mem. de l'Acad. de Turin vol. p. p. 75. t. 1. f. 2.

Secus Sessitem versus *Romagnano*, ubique locis umbrosis.

Marchantia triandria. Scop.

Pileo hemisphaerico integro triloculari. Fl. carn.

2. p. 354. t. 63. Balbis l. c. p. 74. t. 1. f. 1.

Ad Ticini declivem in humidis non frequens.

Marchantia fragrans. Balb.

Pileo hemisphaerico triloculari, subtus perichaetioque fimbriatis. L. c. p. 76. t. 2.

Ad vias cretaceas *della Bicocca* prope hanc urbem locis humidis abundat.

Riccia.

Fruct. granulis frondi innatis.

Riccia fluitans.

Frondibus dichotomis lineari-filiformibus. Lin. spec. 1606. Dill. Musc. t. 74. f. 47.

In aquis stagnantibus, in oryzis frequens.

Lichenes.

Stereothalami (ab orbo, et thalami.)

Apothecium nullum: propagula nudo-sparsa, vel aggregata.

Lepraria. *Achar. method. lichen.*

Propagula subglobosa, in subiculo crustaceo sparsa, libera, superficialia, cumque saepe obtegentia (thallus crustaceus effusus).

Lepraria botryoides..

Crusta, propagulisque conglomerato-concatenatis, viridissimis.

Lichen botryoides. Lich. prod. p. 10.
Byssus botryoides. Lin.
Lichen byssinus. Scop.

In muris, et terra humida frequens, varians colore viridi, flavescente, et olivaceo.

LEPRARIA ANTIQUITATIS.

Crusta tenuissima, propagulisque atris.
Lichen antiquitatis. Prodr. p. 5.
Byssus antiquitatis. Lin.

In rupibus, et muris antiquis.

Variolaria. *Achar. meth. lich.*

Propagula globosa, in sorrediis propriis aggregata (thallus crustaceus plerumque determinatus).

VARIOLARIA FAGINEA.

Crusta leprosa tenuis, subeffusa, glabra, rugosa, rimosa, albo-cinerascente: sorrediis hemisphaericis sparsis albissimis. Lich. facineus Lin.

Habith. in cortice fagi.

Idhiothalami (a proprio, et thalami).

Apothecium e propria substantia compositum, nec a thallo ullo modo formatum, colore ab eo diversum (plerumque atrum), compactum duriusculum.
Sporae nudae, nec thecis obvolutae (excepto endocarpo).

Apothecia aperta.

Opegrapha. *Achar. method. lich.*

Lirellae simplices, vel confluentes, et ramosae (thallus crustaceus effusus)

1. Holotea. *Lirellae simplices distinctae.*

Opegrapha notae. Var. turgida.

Crusta albicante, lirellis sparsis elevatis, tumentibus, majoribus subrotundis, et ellipticis.

In cortice ulmorum *delle Grazie* prope hanc urbem frequens.

Opegrapha vulvella.

Crusta effusa, tenui, alba, subrugosa, lirellis simplicibus, ellipticis, minutis, elevatis, sparsis, disco concavo pulverulento.

Lichen vulvella. Ach. prod. p. 22.

In epidermide Betulae albae non rara.

Opegrapha herpetica.

Crusta tamescente, subrugosa, fusco-olivacea, nigro-limitata, lirellis simplicibus convexis oblongis difformibus.

Lichen herpeticus. Ach. prod. p. 20.

In cortice populi tremulae.

2. Simplecia. *Lirellae coronatae, et ramosae.*

Opegrapha cerasi.

Crusta effusa alba, lirellis subimmersis, linearibus, subflexuosis, subparallelis, glabris, simplicibus, ramosisque.

Lichen cerasi. Ach. prod. p. 26.

In cortice pruni Cerasi abundat.

Opegrapha scripta.

Crusta tenuissima membranacea, nitida, albo-

virescente, nigro-limitata, lirellis nudis glabris, linearibus, flexuosis, simplicibus, ramosisque.

Lichen scriptus. Lin.

Ad cortices laeves arborum, et fruticum.

Lecidea. *Achar. method. lichen.*

Patellae concavae planae, vel convexiusculae (thallus varius.).

1. Catilaria thallus crustaceus uniformis.

1. Patellulis atris (nudis, vel pulvere concolori adspersis).

Lecidea muscorum.

Crusta tenui subpulverulenta albicante, patellulis planis marginatis, demum hemisphaericis, confluentibus atris.

Lichen muscorum. Ach. prod. p. 69.

In terra crescit in collibus.

Lecidea parasema.

Crusta tenui submembranacea contigua cinerascente, nigro-limitata patellulis planiusculis sessilibus atris.

Lichen limitatus. Scopoli.

In cortice arborum in montanis freq.

Var. Lecidea punctata.

Crusta subeffusa albo-cinerascente, patellulis minutis, plano convexiusculis, rarius sparsis atris.

Lichen punctatus. Scopoli.

Cum praecedente crescit.

Lecidea confluens.

Crusta subeffusa, rimoso-areolata, aequabili

fumoso-cinerea, patellulis convexis confluentibus atris.

Lichen confluens. Web.

Var. Lecid. ochromella.

Crusta superficie ochracea, saepe rivulis serpentinis atris decussata, et limitata.

In rupes schistosas praecipue crescunt 3. patellulis varie coloratis.

LECIDEA CUPULARIS.

Crusta leprosa subrimosa, albo-virescente, patellulis superficialibus, hemisphaerico-cupularibus, dilute lateritiis, margine elevato laevi exalbido.

Lichen cupularis. Ach. prod. p. 53.

In rupibus calcareis montanis.

LECIDEA ICMADOPHILLA.

Crusta effusa, granulosa, inaequabili, cinereo-albo-virescente, patellulis planis carneis, demum dilatatis, convexiusculis, margine tenui flexuoso.

Lichen ericetorum sessilis. Lin.

Var. 1. Lec. elveloides.

Crusta granulata virescente, patellulis planis demum convexis, luteo-fuscescentibus, flexuosis irregularibus.

Lichen elveloides. Web.

Var. 2. Lecid. aeruginosa.

Crusta rimuloso-granulata, cinereo-glauca, subvirescente sublimitata, patellulis planis flexuosis carneis.

Lichen aeruginosus. Scopoli.

Super terram locis uliginosis, et super ligna putrescentia saepe collegi.

Lecidea viridescens.

Crusta leprosa, effusa, tenui, granulosa, viridi, patellulis convexiusculis, rugosis fusco-nigrescentibus.

Lichen viridescens. Ach. prod. 50.

Ad radices arborum, et truncos putrescentes.

Lecidea aurantiaca.

Crusta determinata rimosa inaequabili albo-cinerascente: patellulis confertis, demum convexo-hemisphaericis, aurantiacis, margine dilutiori.

Lichen aurantiacus. Ach. prod. p. 44.

Ad truncos populi tremulae non rara.

Lecidea rupestris.

Crusta tenui cinerascente, patellulis immersis planis, marginatis demum convexis, immarginatis, glabris, nudis, rufis.

Lichen rupestris. Scopoli.

Super rupes subalpinas crescit, et abundat.

Lecidea lurida.

Crusta effusa, subpulvinata, imbricata, lobulis orbiculatis, crenatis, viridi-fuscis, subtus pallidioribus, patellulis demum convexis nigris.

Lichen luridus. Ach. prod. p. 95.

Ad radices arborum inter muscos.

Lecidea? smithii.

Crusto imbricata, lobis crenatis virentibus, subtus albis, patellulis? diformibus flavescentibus.

Lichen gypsaceus. Smith.

Ad rupes montis Rosae collegit *Carestia*.

Lecidea ? canascens.

Crusta tartarea orbiculari, rugoso-plicata, glauco-candicante, ambitu lobato, patellulis centralibus marginalibus atris.

Lichen incanus. Relh.

Ad montem *Rosa* cum praecedente collegit *Carestia*.

Lecidea pustulata.

Thallo submembranaceo umbilicato, supra papuloso cinereo-virescente, subtus laevi lacunoso, aerugineo-fusco, patellulis subsessilibus planis, marginatis atris.

Lichen pustulatus. Lin. prod. p. 144.

Ad rupes umbrosas montium frequenter occurrit.

Calicium. *Ach. meth. lichen.*

Pilidia turbinata lenticularia, vel subglobosa (thallus crustaceus effusus).

Calicium cantarellum.

Crusta tenui alba pulverulenta, pilidiis lutescentibus albo-pulverulentis, capitulo lenticulari, pedicello filiformi, demum nudo, glabro, rufo-fusco.

Lichen cantarellus. Ach. prod. 85.

Calicium palidum. Pers.

Ad corticem vetusti pyri in horto hujus societatis agrariae unice collegi.

Calicium aciculare.

Crusta leprosa pulveracea, pallide flavo-virescente; pilidiis subglobosis, pedicellisque fili-

formibus, brevibus, erectis, fulvo-pulverulentis.

Lichen acicularis. Prod. Ach. p. 85.

Mucor fulvus. Lin.

In ramis exsiccatis arborum in sylvis vallis Ticini non rarum.

CALICIUM SUBTILE. Pers.

Pilidiis globosis subcinereis, pedicello filiformi, gracili, subdiviso, nigrescente.

Habitat ad truncos vetustos quercuum exsiccatos.

Gyrophora. *Ach. method. lichen.*

Tricae superficiales planiusculae, demum convexae, difformes, et inaequaliter rumpentes, sporae nudae sparsae (thallus foliaceus membranaceo-coriaceus, peltatus).

GYROPHORA DEUSTA.

Thallo membranaceo, peltato, sublobato, fusco, subtus impresso-punctato, lacunoso, nudo, laevi, tricis circinato-plicatis, demum convexis, gyroso-rugosis.

Lichen deustus. Lin.

Ad rupes montium frequenter.

Var. 1. Gyrophora brotera.

Thallo membranaceo peltato, nigro-fusco, subtus nigro-lacunoso, ambitu cribroso-eroso.

Var. 2. Gyrophora flocculosa.

Thallo membranaceo peltato fusco supra flocculis, et squamis scobiformibus, exasperato.

Lichen floccosus. Wulf.

Cum deusta crescunt varietates.

Gyrophora hyperborea.

Thallo membranaceo peltato, ambitu eroso-laciniato, supra fusco-nigricante, rugoso-papilloso, subtus laevi, obsolete lacunoso, nigro, tricis diformibus.

Lichen hyperboreus. Ach. prod. 146.

Gyrophora proboscidea.

Thallo membranaceo peltato, ambitu crenulato, eroso, supra reticulato-rugoso, cinereo-fuliginoso, subtus laevi, nudo, pallidiori, tricis turbinatis, demum convexiusculis, gyroso-plicatis.

Lichen proboscideus. Lin.

Var. Gyr. exasperata, thallo membranaceo peltato, cinereo-nigricante, punctis, flocculis, et squamis erectiusculis, confertis scobiformibus exasperato.

Lichen exasperatus. Reth.

Ad rupes alpium crescunt.

Gyrophora cylindrica.

Thallo membranaceo peltato, ambitu rotundato-lobato, fibrillis atris ciliato, supra glauco-cinerascente, subtus laevi, nudo, ochroleuco, tricis turbinatis, demum convexiusculis gyroso-plicatis.

Lichen crinitus. Light.

Super alpinas rupes crescit.

Gyrophora spadochroa.

Thallo cartilagineo membranaceo, rigido, peltato, ambitu plicato, repando-sublobato, supra elevato, punctato cinereo-glauco, subtus

atro hirsuto, fibrillis ramosis concoloribus, tricis demum covexis plicato-gyrosis.

Lichen spadochrous. Ach. prod. p. 149.

Ad rupes alpinas non rara.

GYROPHORA HIRSUTA.

Thallo coriaceo membranaceo molliusculo, ambitu plicato, irregulari, repando-reflexo, supra elevato-punctato, albo-cinerascente, subtus cinereo-fusco-nigricante, hirsuto, fibrillis cirrhosis, subsimplicibus, concoloribus, tricis demum hemisphaericis, plicato-gyrosis.

Lichen hirsutus. Ach. prod. p. 150.

Cum praecedente crescit.

GYROPHORA VELLEA.

Thallo membranaceo, stipitato, peltato, amplissimo, ambitu subrepando, utrinque cinereo-fuscescente, supra glabro, laevi, subtus hirsuto, fibrillis ramosis rectiusculis, tricis confertis planis, plicis circinatis.

Lichen velleus. Lin.

In alpibus vallis Sessitis frequenter occurrit.

Verrucaria. *Verucaria. Achar. meth. lich.*

Tubercula supra thallum elevata, poro demum dehiscentia, vel elabentia, sporae nudae, catenulatae (thallus crustaceus tenuis uniformis).

VERRUCARIA EPIDERMIDIS.

Crusta tenuissima, effusa, lactea, tuberculis confertis, subrotundo-oblongiusculis, plano depressis, medio convexiusculis, papillatis nigris.

Lichen epidermidis. Ach. prod. p. 16.

In tenera epidermide Betulae albae non rara.

VERRUCARIA CERASI.

Crusta tenuissima, subdeterminata, transversali–oblonga, albo–cinerascente, nitida, tuberculis sparsis, ellipticis, convexis, umbilicatis, nigris.

Lichen ellipticus. Ach. prod. p. 228.

In cortice Pruni Cerasi vulgaris.

VERRUCARIA GEMMATA.

Crusta effusa, tenuissima, laevigata, albo–glaucescente, tuberculis sparsis, hemisphaericis, papillatis, atris, nitidis.

Lichen gemmatus. Ach. prod. pag. 17.

In cortice Quercuum vetustarum truncis.

Endocarpon. *Endocarpo. Ach. meth. lich.*

Thalamia intra substantiam thalli recondita, ostiolo demum hianta, sporae thecis obvolutae (thallus crustaceo–membranaceus effiguratus).

* ENDOCARPON MINIATUM.

Thallo foliaceo subcartilagineo, peltato, albo-cinerascente, tenuissime excavato–punctato, subtus laevi, demum rugoso–fulvo, ambitu repando, integro.

Lichen miniatus. Lin.

In rupibus alpinis frequens.

ENDOCARPON COMPLICATUM.

Thallo foliaceo, subcartilagineo, complicato, subimbricato, cinereo-fusco, punctis elevatis, nigro–fuscis, subtus nigricante-fusco, lobis ere-

ctiusculis, rotundatis, plicatis, convolutis.
Lichen polyphyllus. Wulf.
In rupes alpinas vulgare.

III. Coenothalami.

Apothecium ex ipso thallo formatum, et ejusdem substantiae ac coloris.

Isidium. *Isidio. Achar. meth. lich.*

Stratum proligerum, subdiscoideum, terminale, thalli crusta demum rimoso-rumpente tectum, globuli in crustae papillis, vel ramulis terminales colorati, elabentes, (thallus crustaceus subeffusus, papillato-ramulosus), (apothecia subglobosa clausa demum rumpentia).

Isidium phymatodes.
Crusta leprosa, subpulverulenta, inaequabili, pallida, papilloso, ramulosa, ramis confertis ramulosis concoloribus.
Ad corticem Fagi non raro occurrit.

Urceolaria. *Urceolaria. Achar. meth. lich.*

Scutellae thallo immersae urceolatae margine a thallo formato, nec libero demum cinctae (thallus crustaceus uniformis determinatus).

(Apothecia orbicularia aperta, margine thallo concolori, discum varie coloratum ambiente cincta).

Urceolaria calcaria.
Crusta determinata, tenuissime rimulosa sub-

pulverulenta, albissima, apotheciis minutis immersis concaviusculis, nigris, margine accessorio subelevato.

Lichen calcarius. Lin.

Ad arcem *di Arona* ubique.

* Urceolaria fimbriata.

Crusta verrucosa, cinereo-fusco-nigricante, ambitu radiato fimbriato, verrucis cinereis, scutelliferis, apotheciis immersis, concaviusculis, atris, margine accessorio integro.

Lichen fimbriatus. Lin.

Ad rupes alpium vulgaris.

Parmelia. *Parmelia. Achar. meth. lich.*

Scutellae crassae, vel submembranaceae, planiusculae, vel convexae, supra thallum elevatae, margine libero coronatae (thallus polymorphus).

(Apothecia orbicularia aperta, margine thallo concolori, discum varie coloratum, ambiente cincta).

Divisio 1. Lecanaria: *thallus crustaceus uniformis.*

Parmelia glaucoma.

Crusta tartarea, rimosa, albo-cinerascente, scutellis demum convexis, difformibus, congestis, glaucis, pruinosis, tandem nigricantibus, margine flexuoso, crustae concolori.

Lichen rupicola? Lin.

In rupibus vulgaris.

Parmelia hageni.

Crusta tenui effusa, albo-cinerascente, scutellis minutis, confertis, fusco-coesiis, pruinosis, margine albo-pulverulento.

Lichen hagenii. Ach. prod. p. 57.

In cortice arborum vulgatissima.

* Parmelia tartarea.

Crusta tartarea, granulata, inaequabili, albo-virescente, scutellis planis, testaceis, demum convexiusculis, rugulosis, margine tumente albo.

Lichen tartareus. Lin. prod. p. 57.

Ad rupes alpinas occurrit saepe.

Parmelia subfusca.

Var. 4. parmelia distans.

Crusta tenui, inaequabili, determinata, cinereo-nigricante, ambitu albo-cinerascente, sublimata, scutellis planis pallidis, margine elevato-cinerascente, demum luteo-fuscescentibus, convexiusculis, margine flexuoso.

Ad truncus Populi tremulae frequens.

Parmelia rubra.

Crusta effusa inaequabili, granuloso-pulverulenta, alba, scutellis? confertis, disco concavo, dilute-rubro, margine convexo subcrenulato, albo pulverulento.

Lichen ulmi. Achar. prod. p. 54.

In cortice Mori albae vulgatissima.

Parmelia salicina.

Crusta subeffusa granulosa inaequabili, luteo-cinerascente, scutellis demum convexis, aurantiacis, margine pallidiori.

Lichen salicinus. Achar. prod. p. 43.

In cortice Salicis albae non rara.

Parmelia cerina.

Var. 5. Parmelia pyracea.

Crusta cinerascente, scutellis minutis, demum convexiusculis, aurantiis, rufescentibus, margine cinereo, et flavicante.

Verrucaria aurantiaca. Hoffm.

In cortice arborum.

Parmelia unicolor.

Crusta verrucosa, flava, scutellis concoloribus, marginatis, immarginatisque.

Lichen flavus. Bellardi.

Ex Eumenia transmisit. D. Nobili Cancellarius.

Divisio 2. Psoroma: *thallus crustaceus effiguratus, totus squamoso-imbricatus.*

Parmelia crassa.

Crusta imbricata, albo-virescente, lobis planiusculis, rotundatis, lobato-crenatis, undulatis, subtus fuscescentibus, scutellis planiusculis rufo-fulvis.

Lichen crassus. Achar. prod. p. 97.

Lichen caespitosus. Villars. fl. del.

In rupibus montanis frequens.

Parmelia hypnorum.

Crusta imbricata, viridi-fusca, lobis laciniato-incisis, margine granulato-pulverulentis, scutellis sparsis planis, obscure rufis, margine integerrimo, crustae concolori.

Lichen hypnorum. Achar. prod. p. 95.

Inter muscos in ericetis, et ad sepes.

Parmelia lepidora.

Crusta subimbricata, pallido-lutescente, gra-

nulato–lobata, lobis subrotundis, subdiscretis, crenatis, adscendentibus, scutellis sparsis concavis, demum dilatatis, planiusculis, badiis, margine crenato squamuloso, crustae concolori.

Lichen hypnorum. Achar. prod. p. 94.

In alpibus vallis Sessitis collegit inter muscos *Carestia*.

Parmelia brunea.

Crusta imbricata, granulato–lobata, viridi–fusca, lobulis crenulatis, scutellis confertissimis plano–convexiusculis, rufis, margine tenui, crenulato, crustae concolori.

Lichen bruneus. Achar. prod. p. 49.

Lichen badius. Gmel. lich. pezizoides Web.

Inter muscos super terram in alpinis.

Var. 2. Parmelia coronata.

Crusta granulata, cinerea, scutellis minutis sparsis, depressis, rufescentibus, demum convexis, margine granulato cinereo.

Lichen coronatus. Achar. prod. p. 75.

Cum praecedente crescit.

* Parmelia candelaria.

Crusta imbricata, viridi–flava, lobis minutis confertissimis, lacero–laciniatis, granulatis, scutellis planis, marginatis, concoloribus.

Lichen candelarius. Prod. Achar. p. 93.

Var. 1. Parmelia polycarpa.

Crusta subimbricata flavescente lutea, lobis laciniatis, congestis, scutellis, confertissimis, crustam obtegentibus, marginatis, concoloribus.

In rupibus, et arborum truncis in collibus crescit.

Divisio III. Placodium: *thallus crustaceus plano-depressus, orbicularis, ambitu lobato stellato radiato.*

PARMELIA SAXICOLA.

Crusta subimbricata, orbiculari, pallido virescente, lobis incumbentibus, inciso-lobatis crenatis, implicato-flexuosis, scutellis planiusculis fulvis, margine pallido crenulato.

Lichen saxicola. Achar. prod. p. 104.

In muris vetustis saepe collegi.

Divisio IV. Circinaria: *thallus foliaceus, submembranaceus, stellatus, subimbricatus, depressus, subtus fibrillosus.*

PARMELIA ENCAUSTA.

Thallo cartilagineo, membranaceo, substellato, nitente, albido, subtus nigro, laciniis linearibus, subteretibus, dichotomis, punctatis, scutellis badiis.

Lichen encaustus. Achar. prod. p. 123.

Ad rupes, et muros locis alpinis vulgaris.

* PARMELIA STIGIA.

Thallo cartilagineo membranaceo, stellato, nitido utrinque nigro-piceo, laciniis subimbricatis multifido-subpalmatis, angustatis, margine recurvis scutellis concoloribus, margine tenui crenulato.

Lichen stigius. Lin. prod. p. 109.

Super saxa in umbrosis alpium.

✠ * Parmelia saxatilis.

Thallo membranaceo substellato, albo, cinereo–glaucescente, scabriusculo, lacunoso, reticulato, subtus nigro fibrilloso, laciniis sinuato–lobatis, imbricatis, planis subtruncatis, scutellis badiis, margine tenui inflexo, albo crenulato.

Lichen saxatilis. Lin.

In saxis ubique.

Parmelia conspersa.

Thallo membranaceo stellato, glauco–virescente, glabro, nigro–punctato, subtus nigro–fusco, fibrilloso, laciniis subimbricatis, planis, sinuato–lobatis, incisis, rotundato–crenatis, scutellis centralibus badiis, margine inflexo subintegro.

Lichen conspersus. Prod. p. 118.

Lichen centrifugus auctorum.

Super saxa crescit, in collibus, et montibus.

* Parmelia centrifuga.

Thallo membranaceo, centrifugo, albo–virescente, rugoso, subtus albo, fibrillis cinereo-fuscis, laciniis convexis, in ambitu multifidis, sublinearibus, obtusiusculis, scutellis periphericis, sparsis, rufo–fuscis, margine inflexo subintegro.

Lichen centrifugus. Lin. prod. p. 118.

Locis praecedentis crescit.

Parmelia stellaris.

Thallo membranaceo, stellato, demum plicato–rugoso, nudo, cinereo, subtus albido, fibrillis cinereis, laciniis sublinearibus, convexis, multifidis, scutellis planis, nigro–coe-

siis, demum concavis, atris, margine inflexo cinereo.

Lichen stellaris. Lin. prod. p. 111.

In cortice arborum.

Parmelia aipolia.

Thallo membranaceo, stellato, cinereo–coesio subnudo, subtus nigro–fibrilloso, laciniis planiusculis, undulatis, in ambitu latioribus, inciso–lobatis, crenatis, scutellis planis coesiis, margine tumido inflexo, albo, integro.

Lichen aipolius. Achar. prod. p. 112.

In cortice arborum, praesertim Fraxini.

Parmelia pulverulenta.

Thallo membranaceo, stellato, viridi-fusco-cinereo, pruinoso, subtus nigro tomentoso, laciniis subimbricatis adpressis, planis, multifidis, sublinearibus, inciso–crenulatis, apice subretusis, scutellis planis coesiis, margine tumido involuto integro.

Lichen pulverulentus. Achar. prod. p. 112.

Lichen stellaris varietas.

Cum stellari, et aipolio promiscue collegi saepe ad truncos Mori albae.

* Parmelia parietina.

Thallo membranaceo, stellato, fulvo, subtus pallidiori, subfibrilloso, laciniis planis apice dilatatis, rotundato–lobatis, crispis, scutellis concoloribus, margine tenui integro.

Lichen parietinus. Lin. prod. p. 121.

Super saxa, et truncos arborum crescit.

Parmelia olivacea.

Thallo membranaceo, stellato, olivaceo fusco nitido, centro rugoso plicato, subtus fusce-

scente, subfibrilloso, laciniis planis, apice dilatatis, rotundato-lobatis, rugosis, punctatisque, scutellis subconcoloribus, margine inflexo crenulato.

Lichen olivaceus. Lin. prod. p. 121.

Var. 1. Parmelia aspidota.

Thallo membranaceo, substellato, cinereo-fusco, viridi-punctato, imbricato, laciniis irregularibus crenato-incisis, scutellis confertissimis, amplis, planis, flexuosis, rufo-bruneis, margine granulato planiusculo.

In montanis vallis Sessitis collegit *Carestia.*

Parmelia tiliacea.

Thallo submembranaceo, stellato, albido-glauco, subpruinoso, subtus fusco-nigricante, fibrillis nigris, laciniis imbricatis, rotundato-lobatis, sinvato-crenatis, plicatis, flexuosis, scutellis subfuscis, margine inflexo subintegro.

Lichen tiliaceus. Hoffm.

Lichen quercinus. Wild.

Ad truncos Fagi vulgaris.

* Parmelia caperata.

Thallo coriaceo membranaceo, stellato, plicato-rugoso, pallide-flavo-virescente, subtus, atro, hispido, laciniis sinvato-lobatis rotundatis, subcrenatis, scutellis subcentralibus concavis, rufescentibus, margine inflexo crenulato pulverulento.

Lichen caperatus. Lin. prod. p. 119.

Ad arborum cortices, et saxa vulgaris.

Divisio V. Lobaria: *thallus foliaceus, subcoriaceus, lobis vagis laxis expansis subtus villosis.*

✠ * Parmelia pulmonacea.

Thallo subcartilagineo expanso, glabro, lacunoso-reticulato, viridi-fusco, subtus flavo-ferrugineo, hirto, sinuato-lobato, laciniis retuso-truncatis, scutellis submarginalibus planis, rufo-fuscis, margine integro.

Lichen pulmonarius. Lin. prod. p. 152.

Ad truncos arborum, praesertim in Pometis.

Divisio VI. Collema: *thallus foliaceus gelatinosus varie formatus.*

✠ *Thallo tenero membranaceo sub pellucido, lobis amplis expansis subdiscretis, utrinque nudis.*

Parmelia lacera.

Thallo gelatinoso, membranaceo, subpellucido, glaucescente, lobis erectiusculis confertis, lacero-laciniatis, ciliatis, scutellis sparsis concavis rubris, margine integro pallido.

Tremella lichenojdes. Lin.

Inter muscos ad terram in collibus, et montibus.

Var. Parmelia pulvinata.

Thallo gelatinoso, pulvinato, atro-viridi, lobis confertis suberectis, profunde-laciniatis, laciniis planiusculis, truncatis, apice tenuissime denticulatis.

Collema pulvinatum. Hoffm.

Super terram locis umbrosis, praesertim montanis.

Parmelia nigrescens.

Thallo gelatinoso, membranaceo, monophyllo, orbiculato, depresso rugoso, atro-viridi, margine rotundato-lobato, scutellis centralibus confertis, demum convexis, rufo-fuscis, margine integro.

Lichen nigrescens. Lin. prod. p. 130.

Ad truncos arborum, praesertim Fagi vulgaris.

✝✝ *Thallo stellato, vel orbiculari, lobis imbricatis, minutis, crassis.*

Parmelia cheilea.

Thallo gelatinoso imbricato, suborbiculato, atro-viridi, lobis omnibus minutis, adscendentibus, rotundatis, crenulatis, scutellis planiusculis concoloribus, aggregatis, margine crenulato subevanescente.

Lichen cheileus. Achar. prod. p. 134.

Locis humidis ad muros, saxa parietes, et super humum crescit, ubi, et varietates omnes descriptae in methodo Acharii frequenter observantur.

Parmelia crispa.

Thallo gelatinoso, imbricato, orbiculato, atro-viridi, lobis centralibus, erectiusculis, subgranulatis, periphericis, depressis, majoribus obtusis, crenulatis, scutellis confertis, centralibus planiusculis, badiis, margine subintegro.

Lichen crispus. Lin. prod. p. 126.

Inter muscos crescit in pascuis montanis.

Divisio VII. Physcia: *thallus foliaceus, membranaceus, depressus, laciniis linearibus subimbricatis, apice fornicatis, vel subinflatis.*

Parmelia tenella.

Thallo membranaceo, utrinque cinerascente, laciniis subimbricatis, multifidis, linearibus, apice adscendentibus, tubuloso-fornicatis, obtusis ciliatis, scutellis nigro-coesiis.

Lichen tenellus. Achar. prod. p. 172.

Divisio IX. Canalicularia: *thallus foliaceus, membranaceo-cartilagineus, caespitosus, laciniis erectiusculis, lineari-attenuatis, subtus longitudinaliter canaliculatis.*

Parmelia furfuracea.

Thallo membranaceo, subcaespitoso, cinereo-pulverulento, subtus violaceo nigro, nudo canaliculato, laciniis ramosis, attenuatis, decumbentibus, scutellis lateralibus cyathiformibus, rubris.

Lichen furfuraceus. Lin. prod. p. 173.

Ad truncos arborum, praesertim Fagi frequens, ubi etiam varietas *Ceratea* saepe observavi.

Parmelia ciliaris.

Thallo membranaceo, coespitoso, virescenti-glauco, subtus nudo, albicante, canaliculato, laciniis ramosis, linearibus, apice fibrillosis, scutellis terminalibus nigro-coesiis.

Lichen ciliaris. Lin. prod. p. 173.

Ad rupes summarum alpium vulgaris.

* Parmelia prunastri.

Thallo membranaceo, subcaespitoso, molli, albo, rugoso-lacunoso, utrinque glabro, subtus subcanaliculato, albissimo, laciniis linearibus ramosis, divaricatis, attenuatis, scutellis submarginalibus, concavis, badiis, margine tenui subinflexo integro.

Lichen prunastri. Lin. prod. p. 174.

Ad truncos arborum in alpibus saepe occurrit.

Divisio X. Polymeria: *thallus subfoliaceus cartilagineus, laciniis suberectis, planis, vel tereti-compressis, lacunosis, attenuatis, ramosis, nudis, glabris.*

* Parmelia fraxinea.

Thallo cartilagineo-membranaceo, subcaespitoso albo-cinerascente, utrinque glabro, rugoso, lacunoso, laciniis planis, erectis, lineari-lanceolatis, laciniatis, scutellis marginalibus, lateralibusque planis pallidis.

Lichen fraxineus. Lin. prod. p. 175.

In truncis arborum, praesertim Fraxini, et Fagi.

Parmelia fastigiata.

Thallo subcartilagineo, caespitoso, cinerascente, glabro, lineari-lacunoso, subdiviso, laciniis tereti-compressis, sursum incrassatis, fastigiatis, scutellis subterminalibus, sessilibus, concoloribus.

Lichen fastigiatus. Achar. prod. p. 176.

Ad truncos Fagi, et Quercus in sylvis montanis.

* PARMELIA SCOPULORUM.

Thallo cartilagineo subcaespitoso, pallido, glabro, lineari, lacunoso-ramoso, laciniis erectis compressis, linearibus, attenuatis, scutellis sparsis, pedicellatis, convexiusculis, concoloribus.

Lichen calicalis. Lin.? prod. p. 176.

In valle *di Canobbio*, ad truncum Fagi collegi.

* PARMELIA FARINACEA.

Thallo cartilagineo coespitoso cinereo-glauco, glabro, lineari-lacunoso, ramoso, laciniis convexiusculis attenuatis, sorediis convexis marginalibus, scutellisque pedicellatis sparsis, planiusculis, concoloribus.

Lichen farinaceus. Lin. prod. p. 77.

In truncis arborum locis montanis non frequens.

PARMELIA POLYMORPHA.

Thallo cartilagineo, caespitoso, lutescente glabro, laciniato, ramoso, plano, compresso, vel teretiusculo lacunulis longitudinalibus, sorediisque ellipticis, sparsis, terminalibusque, scutellis planis, terminalibus, concoloribus.

Lichen polymorphus. Achar. prod. p. 178.

* Var. Parmelia tinctoria.

Laciniis diffusis adscendentibus, sublinearibus, plano-compressis, lineari-lacunosis, subramosis, ruptis, apice laceris, pulverulentis, sorediis sparsis, minutis, terminalibusque subglobosis.

Lichen tinctorius. Web.

In truncis arborum, praesertim Laricis, uti et in rupibus crescit.

PARMELIA VULPINA.

Thallo cartilagineo, coespitoso virescenti-citrino, anguloso, compressiusculo, lacunoso, inaequali, ramoso, laciniis erectiusculis, attenuatis, subfastigiatis, scutellis subterminalibus, rufo-fuscis, margine inflexo.

Lichen vulpinus. Lin. prod. p. 179.

In truncis arborum in alpibus.

Divisio II. *Tricharia.* Thallus filamentosus, subcartilagineus, ramosus, lorulis teretiusculis, pendulis, vel diffusis.

PARMELIA OCHROLEUCA.

Thallo cartilagineo tereti, solidiusculo, subcoespitoso, pallido, lorulis attenuatis divaricatis, flexuosis, ramulosis, implexis, apice furcatis, scutellis subsessilibus fuscis, margine demum flexuoso, thallo concolori.

Lichen ochroleucus. Ach. prod. p. 215.

Lichen rigidus. Villars.

Ad truncos arborum in alpibus frequenter occurrit.

* PARMELIA JUBATA.

Thallo cartilagineo, laevi, subnitido, tereti, filamentoso, cinereo nigroque, lorulis dichotomis, ramosissimis, filiformibus, axillis inferioribus compressis, scutellis sessilibus, demum convexis, concoloribus, margine integro.

Lichen jubatus. Lin. prod. 219.

In truncis Fagi, Laricis, et Piceae, in alpibus vulgatissima, ubi, et varietates capillaris, et implexa occurrunt.

Sticta. *Stitta. Ach. method. lichen.*

Scutellae anticae, cyphellae posticae intra lannuginem sparsae (thallus foliaceus membranaceo-coriaceus lobatus, subtus villoso-floccosus).

Sticta sylvatica.

Thallo membranaceo, adscendente, glauco-fusco, sublacunoso, inciso-lobato, subtus ferrugineo-fusco, villoso, cyphellis concavis, albis, scutellis peltiformibus, submarginalibus, adscendentibus, fuscis.

Lichen sylvaticus. Lin. prod. p. 156.

Inter muscos ad rupes alpinas.

Peltidea. *Peltidea. Achar. method. lichen.*

Peltae planae, vel immersae, anticae, vel posticae (thallus foliaceus coriaceus, subtus tomentoso-venosus).

Divisio I. Peltae submarginalis anticae.

Peltidea venosa.

Thallo coriaceo cinereo, subtus albo, venis tomentosis, cinereo-fuscis, lobis subrotundatis divergentibus, peltis anticis, marginalibus, orizontalibus, rotundis fuscis.

Lichen venosus. Lin. prod. p. 159.

Super terram saepe collegi.

✱ * PELTIDEA CANINA.

Thallo coriaceo expanso cinerascente, subtus albidiori, venis fibrillisque fuscescentibus, lobis oblongis amplis, extrorsum latioribus, lobulis peltigeris sparsis, marginalibus, angustatis, peltis perpendicularibus revolutis, subrotundis, anticis spadiceo-rufescentibus.

Lichen caninus. Lin. prod. p. 160.

Super terram ad sepes vulgaris.

PELTIDEA RUFESCENS.

Thallo coriaceo expanso, rufescente, subtus subavenio, nigro-reticulato, fibrillosoque, lobis profunde incisis, sinuatis, rotundatis, margine inflexis, crispis, lobulis peltigeris marginalibus brevioribus, peltis adscendentibus revolutis, subrotundis, anticis nigro-fuscis.

Lichen caninus rufescens. Web.

Cum praecedente crescit in collibus.

Divisio II. Peltae laterales sparsae anticae.

PELTIDEA CROCEA.

Thallo coriaceo decumbente, cinamomeo, subtus venoso-villoso, croceo, lobis divergentibus, subrotundis, basi angustatis, margine subincisis, peltis anticis submarginalibus, lateralibusque tumentibus spadiceis.

Lichen croceus. Lin. prod. p. 165.

In alpibus super terram vulgaris.

Divisio III. Peltae laterales anticae saccato–immersae.

* Peltidea saccata.

Thallo coriaceo, suborbiculari, cinereo–virescente, subtus albo, fusco–fibrilloso, lobis subimbricatis incisis rotundatis, subcrenatis, peltis lateralibus sparsis, saccato–immersis nigro–fuscis.

Lichen saccatus. Lin. prod. p. 165.

Super terram in sylvis, et sepibus locis collinis, et montanis.

Cetraria. *Cetraria. Achar. method. lichen.*

Peltae applanatae, scutelliformes, submarginales, adpressae, sessiles, in ambitu liberae (thallus foliaceus membranaceo–cartilagineus, laciniis irregularibus, crispis, utrinque nudis glabris).

✠ * Cetraria islandica.

Thallo cartilagineo–membranaceo, viridi–castaneo, sinvato–laciniato multifido, laciniis adscendentibus, canaliculatis, ciliatis, peltis submarginalibus, concoloribus, ambitu liberis subimmarginatis.

Lichen islandicus. Lin. prod. p. 170.

In pascuis alpinis, montanis, et collinis, nec desideratur in ericetis Ticini.

* Cetraria nivalis.

Thallo membranaceo, lacunoso, albo, basi

flavescente, laciniis planiusculis, lacero-laciniatis, multifidis, crispis, crenatis, peltis marginalibus concaviusculis, carneis, margine crenulato.

Lichen nivalis. Lin. prod. p. 171.

In pascuis alpinis abundat.

* CETRARIA GLAUCA.

Thallo membranaceo glauco, subtus nigro sinvato-lobato, laciniis planiusculis depressis complicatis, margine adscendentibus, lacero-laciniatis, crispis, peltis rufo-fuscis.

Lichen glaucus. Lin. prod. p. 167.

In truncis arborum, et ad rupes in collibus, et montibus.

CETRARIA JUNIPERINA.

Thallo membranaceo pallide-flavo, subtus flavissimo, lacero-laciniato, laciniis planis adscendentibus, complicatis, eroso-crenatis, crispis, nudis, peltis elevatis, submarginalibus, badiis, margine tenui, flavo, crenulato.

Lichen juniperinus. Lin. prod. p. 168.

In sepibus, et truncis Juniperi.

Var. 1. Cetraria pinastri.

Thallo membranaceo flavo, depresso sinvato-lobato, laciniis margine elevatis, flexuoso-crispis, pulverulentis, flavissimis, peltis submarginalibus badiis, margine flavo squamoso-crenulato.

Lichen pinastri. Scopoli prod. p. 168.

Ad truncos Laricis, et Fagi.

Cornicularia. *Cornicularia. Ach. meth. lich.*

Orbillae scutelliformes submarginatae, margine demum revolutae, integrae, vel ciliatae (thallus cartilagineus caulescens fruticulosus ramosus rigidus glaber).

CORNICULARIA TRISTIS.

Thallo cartilagineo, fruticuloso, caespitoso, glabro fusco, ramis tereti-compress's, adscendentibus, fastigiatis, superne nigricantibus, orbillis demum convexis, fusco-nigris subradiatis.

Lichen tristis. Ach. prod. p. 212.

Lichen corniculatus. Light.

Lichen radiatus. Huds.

Ad rupes alpinas frequentissima varians colore plus minus fusco.

CORNICULARIA ACULEATA.

Thallo cartilagineo fruticuloso-caespitoso, glabro, fusco castaneo, ramis brevibus confertis patentibus, flexuosis, implicatis, tereti-compressis, angulosis nudis, apice brevissimis denticulato-spinulosis, orbillis demum convexis concoloribus.

Lichen aculeatus. Ach. prod. p. 213.

In pascuis montanis vulgaris, nec deest in ericetis Ticini.

Usnea. *Osnea. Ach. meth. lich.*

Orbillae immarginatae, ambitu integrae, vel dentato-radiatae, cephalodia sessilia, sparsa in eodem (cum orbillis) individuo, vel distincto (thallus ramosus teres, fibrillosus, lorolis cortice crustacea obductis).

Usnea florida.

Thallo subcrustaceo, fruticuloso recto, tereti, exasperato, cinereo-virescente, fibrilloso, fibrillis horizontalibus, ramis sparsis subfastigiatis simpliciusculis, orbillis terminalibus amplis, albo-virescentibus, radiatis, caephalodiis luteo-rufescentibus.

Lichen floridus. Lin. prod. p. 224.

✠ * Var. 1. Usnea plicata.

Thallo subcrustaceo, filamentoso, tereti-pendulo, albo-pallescente, lorulis elongatis ramosis, fibrillosis, implexis, orbillis albo-virescentibus, fibrilloso-radiatis, cephalodiis flavescentibus.

Lichen plicatus. Lin. prod. 225.

Var. 2. Usnea comosa.

Thallo subcrustaceo tereti, erecto, pallido-flavescente, ramosissimo fibrilloso, ramis expansis apice filiformibus, nutantibus, cephalodiis sparsis, pallido-carneis, demum convexis inaequalibus fuscescentibus.

Lichen comosus. Ach. prod. p. 223.

In ramis arborum, in sylvis alpinis non raro occurrunt.

* Usnea barbata.

Thallo subcrustaceo, filamentoso, tereti, pendulo, albo-virescente, loralis filiformibus dichotomo-ramosis, elongatis, subarticulatis, passim fibrillosis, cephalodiis sparsis minutis incarnatis.

Lichen barbatus. Lin. prod. p. 223.

Stereocaulon. *Stereocaulo. Ach. meth. lich.*

Cephalodia subturbinata, planiuscula, submarginata, demum convexa, sessilia, sparsa, et terminalia (thallus caulescens, ramosus solidus sublignosus, podetia nulla).

* Stereocaulon paschale.

Thallo solido, sublignoso, fragili, fruticoloso, cinereo-coesio, squamoso-granuloso, ramis brevibus confertis, cephalodiis planiusculis, turbinatis, sparsis, lateralibus terminalibusque demum conglomeratis, convexis, fusco-nigris.

Lichen paschalis. Lin. prod. p. 208.

Super rupes, et in pascuis collium frequens.

Baeomyces. *Beomice. Ach. meth. lich.*

Cephalodia capitata, ambitu subreflexa, in podetiis terminalia, raro in ipso thallo sessilia) (thallus crustaceus, vel foliaceo-cartilagineus fragilis, laciniis lobato-crenatis podetiiferis).

Divis. I. *Pordenium.* Thallus crustaceus subuniformis, podetia solidiuscula teretia subsimplicia moliora.

BAEOMYCES ROSEUS.

Crusta tenui effusa, leprosa, subcontigua, albo-cinerascente, podetiis brevissimis, cylindricis, albis, cephalodiis terminalibus simplicibus planiusculis, demum turbinato-subglobosis, magnis, carneis.

Lichen ericetorum. Lin. prod. p. 81.

In ericetis Ticini vulgaris.

BAEOMYCES RUPESTRIS.

Var. 1. Baeomyces Byssoides.

Crusta cinereo-fusco-virescente, pulverulenta, podetiis albis, compressis, sursum dilatatis, cephalodiis globosis, demum conglomeratis, fuscis.

Lychen byssoides. Lin. prod. p. 82.

In pascuis super terram.

Var. 2. Baeom. rufus.

Crusta leprosa effusa granulata, cinereo-virescente, podetiis concoloribus, brevissimis cylindricis, cephalodiis minutis, simplicibus, planiusculis, rufescentibus.

Secus vallem Ticini vulgaris.

Divis. V. *Scyphophoron.* Thallus foliaceus, cartilagineo-crustaceus imbricatus, podetia fistulosa apice scyphiformia.

✠ * Baeomyces cocciferus.

Thallo cartilagineo lobato, laciniis imbricatis, inciso-crenatis, podetiis brevibus obconicis, cinereo-virescentibus, scyphis dilatatis integris, clausis, cephalodiis marginalibus subsessilibus majoribus coccineis.

Lichen cocciferus. Lin. prod. p. 187.

Ad sepes in umbrosis, etiam circa Novariam, ubi varietates omnes ab *Achario* descriptae non raro occurrunt.

Baeomyces cervicornis.

Thallo cartilagineo lobato, laciniis erectis, lacero-laciniatis, multifidis, sublinearibus caesio-virentibus, podetiis cylindricis, brevibus, concoloribus, scyphis minutis turbinatis, clausis, cephalodiis marginalibus, globosis, subsessilibus, fusco-nigris.

Lichen cervicornis. Ach. prod. p. 184.

In ericetis Ticini frequens.

Baeomyces pyxidatus.

Thallo cartilagineo lobato, laciniis imbricatis, inciso-crenatis, podetiis brevibus, obconicis, scyphis dilatatis, cyathiformibus, clausis, integris, cephalodiis marginalibus fuscis.

Lichen pyxidatus. Lin. prod. p. 186.

Var. 2. Baeomyces macroscyphus.

Podetiis brevibus, basi subcylindricis, scyphis dilatatis, maximis, campanulatis, incanis,

margine tenuissime-crenato, cephalodiis minutissimis marginalibus sessilibus.

In pascuis saxosis frequens.

Baeomyces radiatus.

Thallo cartilagineo-lobato, laciniis incisis, crenatis, podetiis elongatis, cylindricis, albo-virescentibus, pulverulentis, scyphis irregularibus subperviis, margine digitato–radiatis, cephalodiis terminalibus fuscis.

Lichen radiatus. Ach. prod. p. 190.

Super terram inter rupes alpinas vulgaris, ubi, et varietas Baeom. Nemoxynus, et Baeom. Actinotus saepe occurrit.

Baeomyces cornutus.

Thallo cartilagineo lobato, laciniis imbricatis, inciso-crenatis, podetiis elongatis, simplicibus, subventricosis, acuminatis, sterilibus, scyphiferisque, scyphis cylindraceis clausis, subintegris, cephalodiis minutis marginalibus sessilibus fuscis.

Lichen cornutus. Lin. Ach. prod. 192.

Inter rupes alpinas frequens.

* Baeomyces gracilis.

Var. 2, Baeomyces cladonojdes.

Podetiis filiformibus, subdichotomo-ramosis, scyphis minutis, subobsoletis, radiatis, cephalodiis exiguis, terminalibus, subglobosis, fuscis.

Inter rupes alpinas.

Baeomyces alicornis.

Thallo cartilagineo, lobato, laciniis erectiusculis, sinuato-lobatis, obtusis, podetiis supra foliaceis, brevissimis, scyphis minutis turbi-

natis, cephalodiis marginalibus subsessilibus fusco-nigricantibus.

Lichen alicornis. Ach. prod. p. 184.

In ericetis vulgaris, ubi, et varietas Baeom. phyllophorus saepe occurrit.

Divisio VI. Cladonia. *Thallus foliaceus, cartilagineo-crustaceus, evanescens; podetia elongata, rigida, fistulosa attenuata, ramoso-fruticulosa.*

Baeomyces uncialis.

Podetiis caespitoso-aggregatis, tubulosis, albo-virescentibus, ramis brevibus, patulis, apice stellato-radiatis, denticulatis, perforatis, fertilium cephalodiis minutis, globosis spadiceis.

Lichen uncialis. Lin. prod. p. 201.

* Baeomyces rangiferinus.

Podetiis teretibus tubulosis, erectis, ramosissimis, cinerascentibus, axillis perforatis, ramulis apice deflexis, fertilium cephalodiis ternis, quaternisve globosis, obscure-fuscis.

Lichen rangiferinus. Lin. prod. p. 202.

Var. 1. Baeomyces alpestris.

Podetiis albis ramosissimis, ramulis implexis concatenatis, axillis subinde perforatis, ibidemque stellato-ramosis.

Var. 2. Baeomyc. sylvaticus.

Podetiis albo-cinerascentibus, minus ramosis, axillis perforatis, ramulis terminalibus, suberectis, apice rufescentibus, sterilibus fertilibusque.

Lichen. sylvaticus. All.

In pascuis, et ericetis Ticini, collium, montium, et alpium.

Baeomyces subulatus.

Podetiis erectis, tubulosis, attenuatis, subdivisis, ramis erectis, simplicibus, subulatis, cinereo-virescentibus, fertilium cephalodiis badiis.

Lichen subulatus. Lin. prod. p. 205.

In sylvis alpinis inter muscos.

Baeomyces vermicularis.

Podetiis tubulosis, subfiliformibus, subulatis, subsimplicibus, prostratis albissimis.

Lichen vermicularis. Ach. prod. p. 201.

In pascuis summarum alpium inter muscos, et super ligna putrescentia collegi.

Ulva. *Ulva.*

A membranacea.

Ulva intestinalis.

Tubulosa simplex. Lin. spec. 1632. Dill. Musc. t. 9. f. 7.

In valle Ticini ad Campumlatum in stagnis versus locum dictum *la Magajola* unice collegi.

Conferva. *Conferva.*

A capillaris.

Conferva rivularis.

Filamentis simplicibus longissimis. Lin. spec. 1633. Dill. Musc. t. 2. f. 2.

Chantrasia rivularis. Decand.

In aquis lente fluentibus, et rivulis in oryzis.

CONFERVA BULLOSA.

Filamentis aequalibus ramosis, bullas aereas includentibus. Lin. spec. 1634.

In aquis stagnantibus vulgatissima.

CONFERVA CANALICULARIS.

Filamentis aequalibus, basin versus ramosioribus. Lin. syst. Dill. Musc. t. 4. f. 15.

In aquaeductibus secus Padum ad *s. Nazzaro de' Borgondi* collegi.

* CONFERVA AMPHIBIA.

Filamentis aequalibus ramosis exsiccatione coeuntibus in aculeos. Lin. syst. Dill. Musc. t. 4. f. 17.

In fossis, et locis inundatis vulgaris.

CONFERVA RETICULATA.

Filamentis reticulato-coadunatis. Linn. spec. 1635. Dill. Musc. t. 4. fig. 14.

Hydradyction majus. Rhot.

In aquis, et rivulis pacatioribus collium.

CONFERVA FLUVIATILIS.

Filis simplicissimis setiformibus rectis, geniculis crassioribus angulatis. Lin. spec. 1635. Dill. Musc. t. 7. f. 47.

Chantransia fluviatilis. Dec.

In aquis rapidis, praesertim ad Molitrinas saepe vidi.

CONFERVA GELATINOSA.

Filis ramosis moniliformibus, articulis globosis gelatinosis. Lin. syst. Dill. Musc. t. 7. f. 42. 45. 46.

Batrachospermum nigricans. Decand.

Ad rivulos collium in umbrosis super saxa observavi.

Conferva capillaris.

Filis geniculatis simplicibus, articulis alternatim compressis. Lin. syst. Dill. Musc. t. 5. f. 25.

Ad lacum Cusii versus *Pella* non rara.

Byssus. *Bisso.*

Substantia lanuginosa, vel pulverulenta.

Byssus flos aquae.

Filamentis plumosis natantibus. Linn. spec. 1637.

In aquis stagnantibus verno tempore observatur.

Byssus phosphorea.

Lanuginosa violacea lignis adnascens. Linn. syst. Dill. Musc. t. 1. f. 6.

In lignis putrescentibus locis umbrosis.

Byssus velutina.

Capillacea viridis filamentis ramosis. Lin. spec. 1638. Dill. Musc. t. 1. fig. 14.

Ad parietes locis humidis frequens.

Byssus aurea.

Capillacea pulverulenta, fructificationibus sparsis, filamentis simplicibus ramosisque. Linn. spec. 1638. Fl. dan. 618. f. 1.

Super terram in uliginosis collium, et in lignis humidis.

Byssus antiquitatis.

Pulverulenta atra. Lin. spec. 1638. Dill. Musc. t. 1. f. 18.

In muris antiquis locis humidis.

BYSSUS CANDELARIS.

Pulverulenta flava. Lin. syst. Dill. Musc. t. 1. fig. 4.

In tectis, et muris septentrioni expositis.

F U N G I.

Agaricus. *Agarico.*

Fungus subtus lamellatus.

a. *Stipes nullus, lateralis, aut excentricus.*

AGARICUS LABYRINTHIFORMIS. Bull.

Perennis, sessilis, dimidiatus, supra zonatus glaber, subtus primum tubulosus, demum dedaleo-lamellosus. Herb. fr. 1. p. 377. t. 352., et 442. f. 1.

Agaricus quercinus. Linn.

In lignis emortuis.

AGARICUS TRICOLOR. Bull.

Perennis, coriaceus, sessilis, dimidiatus, supra zonatus, versicolor, glaber, subtus e tubuloso, lamellis ramoso furcatis. Herb. t. 541. f. 2.

Super truncos Betulae albae non raro habitat.

AGARICUS CORIACEUS. Bull.

Perennis, sessilis, dimidiatus, supra zonatus, sericeus, aut lanatus, subtus primum tubulosus, demum dedaleo-lamellosus. Herb. fr. t. 394., et 387.

Cum praecedente saepe collegi.

Agaricus alneus.

Acaulis, lamellis bifidis pulverulentis. Linn. spec. 1645. Bull. herb. t. 546., et 581.

In truncis Alni crescit.

Agaricus sessilis. Bull.

Tenellus sessilis, dimidiatus, glaber, supra niveus, lamellis angustis tenuissimis, basi declivibus. Herb. t. 581. fig. 3. et t. 582.

In truncis arborum emortuis.

Agaricus stipticus. Bull.

Coriaceus, stipite laterali, pileo dimidiato tenui: lamellis curvilineis in hemycillum basi terminatis. Herb. t. 140. et 157. f. 1.

In truncis arborum vulgaris.

Agaricus bryophyllus. Pers.

Subresupinatus, candidus, pileo membranaceo, postice provecto adhaerente, lamellis ramosis Obs. mycl. p. 1. p. 8. t. 3. f. 1. a. b.

Agaricus orcellus. Bull.

Gregarius pileo elliptico, aut orbiculari, stipite pallido, lamellis confertis incarnatis. Herb. fr. t. 591., et 573. f. 1.

Ad publicum ambulacrum *dell' Alea* in Ulmorum truncis saepe observavi.

Agaricus ulmarius. Bull.

Pileo carnoso latissimo, unicolore pallescente, aut litturis variegato, lamellis latissimis subemarginato adnexis, stipite adscendente. Herb. fr. t. 510.

Cum praecedente crescit.

6. *Stipes centralis, lamellae aequales-arescentes.*

Agaricus pectinaceus. Bull.

Pileo convexo plano sublaevi roseo, seu dilute rubro, lamellis, et stipite albis. Herb. fr. t. 509.

In pascuis ubique maxime varians colore albo, fulvo ochroleuco, et roseo, quandoque pileo centrum virescit.

Agaricus foetens. Pers.

Magnus foetidus, sordide pallidus pileo depresso, margine fornicato tuberculato-sulcato, lamellis nonnullis dimidiatis, basi venis convexis. Syn. p. 44.

Agaricus piperatus. Bull. herb. t. 292.

c. *Sauciati succum fundentes: lactiflor.*

Agaricus acris Bull.

Pileo infundibuliformi, margine expanso glabro albido, lamellis congestis furcatis pallescentibus candidis. Herb. fr. t. 538.

In sylvis vulgaris.

Agaricus zonarius. Bull.

Stipite pleno, nudo, brevi pileo, zonato glabro, lamellis subalbidis, curvilineis, carne tenui alba, succo lacteo piperato. Herb. fr. t. 104.

In sylvis frequens.

Agaricus pyrogalus. Bull.

Stipite pleno nudo, pileo cinereo glabro zonato, lamellis curvilineis rufo-cervinis, carne alba, nec mutabili, succo lacteo mox piperato. Herb. t. 567. f. 2.

In sylvis aestate, et autumno terrestris, et abundans.

Agaricus nectator. Bull.

Stipite pleno nudo, pileo margine ciliato, lamellis curvilineis subrutilis, carne tenui subalbida, succo lacteo piperatissimo. Herb. t. 529. f. 2. et t. 14.

In sylvis, praesertim montanis super terram crescit.

* Agaricus deliciosus. Schoeff.

Caulescens plerumque solitarius carnosus, succo croceo acri scatens, pileo haemisphaerico in centro depresso, et in margine fornicato lateritio, fasciis concentricis alternis pallidioribus, lamellis ramosis concoloribus, petiolo cylindrico maculato, brevi crasso aliquatenus fistuloso velo, et annulo destitutus. Schoeff. fung. t. 11.

In sylvis, et ericetis vulgaris.

Agaricus dulcis. Bull.

Pileo infundibuliformi rufescente, lamellis pallescente-incarnatis, succo subdulci. Herb. fr. t. 224.

In sylvis vallis Ticini.

Succus albus primo dulcis, dein ingratus subacris odorem Meliloti exhalat.

d. *Lamellae inaequales per vetustatem nigrae aut in liquorem nigrum diffluentes, stipes albidus annulatus, aut nudus.*

Agaricus thyphoides. Bull.

Fugax, stipite fistuloso glabro annulario filifero, pileo campanulato squamoso, lamellis

nigrescentibus liberis. Herb. fr. t. 16., et 582 f. 2.

In hortis, et sylvis.

Agaricus atramentarius. Bull.

Fugax supra basim communem multiplex, stipite fistuloso nudo, pileo campanulato, lamellis latissimis numerosissimis nigrescentibus liberis. Herb. t. 164.

In locis uliginosis occurrit.

Agaricus cinereus. Bull.

Caulescens solitarius, carne destitutus, pileo primum cylindraceo squamuloso dilute cinereo, centro dilute–spadiceo, dein campanulato radiato tandem plano, margine lacero revolute, lamellis nigricantibus deliquescentibus, petiolo tereti gracili subtortili cinereo fistuloso, basi crassiusculo, velo filamentoso spurio, annulo nullo. Herb. t. 88. Schoeff. fung. t. 100.

In pratis, et sylvis, et ruderatis.

Agaricus miaceus Bull.

Fugax, stipite simplici fistuloso nudo, pileo striato, vesciculis nitente, lamellis raris nigrescentibus liberis. Herb. t. 565.

In pratis, et hortis vulgaris.

Lamellae hujus Agarici, et praecedentis in saniem nigram diffluunt.

Agaricus digitaliformis. Gregarius Bull.

Exiguus fugax, stipite fistuloso nudo, pileo campanulato striato, vesciculis nitentibus consperso, lamellis semilunatis fuligineis liberis. Herb. t. 22., et 525. f. 1.

In truncis Salicis albae frequens.

Agaricus ephemerus. Bull.

Fugacissimus glaber, stipite fistuloso nudo, pileo striato nec squarroso, lamellis nigrescentibus liberis. Herb. t. 128., et 542. f. 1.

In fimetis, tempestatibus udis ubique.

Agaricus stercorarius. Bull.

Fugacissimus, stipite fistuloso nudo piloso, pileo squarroso, seu lanato striato, lamellis nigrescentibus liberis. Herb. t. 68., et 542. f. 2.

Cum praecedente crescit tempore autumnali.

Agaricus hydrophorus. Bull.

Fugax, stipite simplici fistuloso, glabro nudo, pileo profunde striato, lamellis angustis liberis, basi aduncis nigrescentibus. Herb. t. 558. f. 2.

In hortis super terram locis humidioribus.

Agaricus deliquescens. Bull.

Fugax, stipite simplici fistuloso nudo glabro, pileo campanulato leviter striato, lamellis latissimis nigrescentibus nigris. Herb. t. 437. f. 2., et 558. f. 1.

In pratis, et hortis omni tempore.

e. *Stipes centralis nudus aut annulatus, lamellae subnebulosae aetate nigrescentes.*

Agaricus striatus. Bull.

Stipite fistuloso nudo glabro, pileo conico profunde striato, nec liquescibili, lamellis fuligineo-fuscescentibus subsemilunatis liberis. Herb. t. 552. f. 2.

Id sylvis, et pratis omni tempore.

Agaricus campanulatus.

Fugax, stipite fistuloso, annulo mox evanescente, pileo campanulato, nec striato, lamellis latissimis fuligineo-rufidis liberis. Herb. t. 552. f. 1.

In sylvis habitat aestate, et autumno.

Agaricus semiorbicularis. Bull.

Stipite fistuloso nudo excorticabili, pileo limacino haemisphaerico, nec striato, lamellis latissimis liberis. Herb. t. 422. f. 1.

Secus vias frequens toto anno.

Agaricus amarus. Bull.

Stipite fistuloso glabro, annulo fugacissimo semiorbiculari, carne lutea fellea, lamellis liberis, basi aduncis. Herb. t. 30., et 562.

Super arborum truncos in sylvis.

Agaricus nigricans.

Pileo carnoso depresso olivaceo cinereo demum quasi adusto, lamellis crassis latiusculis (inaequalibus) pallescente-albis, stipite solido cinereo (aetate fuliginoso). Herb. t. 570. f. 2. t. 579., et 166.

In silvis autumno frequens.

Agaricus cyaneus. Bull.

Pileo carnoso gelatinoso aeruginoso, exsiccatione flavescente, lamellis planis adnexis purpurascentibus fusco-variegatis, stipite squamoso, annulo fugaci. Herb. t. 530.

Agaricus aeruginosus. Pers. syn. p. 419.

In sylvis ad arborum truncos autumno crescit.

Agaricus edulis. Bull.

Gregarius magnus, pileo candido laevi, aut

obsolete squamoso, lamellis rubris, stipite longo bulboso, annulo manifesto. Herb. t. 514., et 134.

In pratis, et pascuis vulgaris.

f. *Lamellae aequales, tubo stipitem ambienti adnexae.*

Agaricus androsaceus. Bull.

Coespitosus albus, pileo profunde sulcato, lamellis tubo stipitem ambienti adnexis, stipite nigrescente. Herb. t. 569. f. 3.

In sylvis uliginosis.

g. *Stipes centralis fistulosus, lamellae haud per aetatem nigrescentes, pileus non umbilicatus.*

Agaricus arundinaceus. Bull.

Stipite fistuloso nudo molli, pileo subsemiorbiculori umbonato, lameliis in medio latissimis, basis subaduncis. Herb. t. 403. f. a.

In pratis siccis *dell' Arbogna* autumno frequenter observatur.

Agaricus alliaceus. Pers.

Pileo campanulato membranaceo fuscescente, lamellis distinctis albidis, stipite fistuloso-longissimo nigrescente subradiato, basi strigosa. Mur. syst. Veget. 15. p. 1015. Jacq. flor. aust. t. 82.

In sylvis vallis Ticini locis uliginosis autumno.

Agaricus fistulosus. Bulb.

Stipite fistuloso nudo piloso firmo, pileo conico striato, lamellis basi angustissimis aduncis. Herb. t. 518., et 563.

Ad arborum truncos.

Agaricus clavus.

Stipitatus, pileo luteo convexo striato, lamellis stipiteque albis. Herb. t. 569. f. 1., et t. 148

In nemoribus collium autumno crescit.

Agaricus foraminulosus. Bull.

Tenellus stipite nudo vix perspicue fistuloso, pileo conico-campanulato, lamellis fuligineo ferrugineis subsemilunatis liberis. Herb. t. 535. f. 1.

In sylvis siccis Ticini aestate, et autumno.

Agaricus perpendicularis. Bull.

Radice perpendiculari elongata, stipite fistuloso nudo, pileo complanato, nec striato, lamelli semilunatis liberis. Herb. t. 422. f. 2.

Terrestris est solitarius in sylvis primo vere.

Agaricus pumilus. Bull.

Fragilissimus, stipite fistuloso nudo molli, pileo aquoso sulphureo, nec striato, lamellis niveis falcatis liberis. Herb. t. 260., et 563.

In sylvis, praesertim collium aestate, et autumno.

h. *Pileus umbilicatus, lamellae pene semper decurrentes per aetate non nigrescentes.*

Agaricus cupularis. Bull.

Gregarius, pileo subcarnoso late umbilicato flavescente confertis obscurioribus, stipite lon-

go cavo albicante. Herb. t. 554. f. 2. Pers. syn. p. 454.

In sylvis aestate, et autumno saepe occurrit.

AGARICUS ERICEUS. Bull.

Gregarius candidus subparvus expallescens, pileo carnoso, primo convexo, dein plano-depresso adultis, margine subinflexo striato, lamellis distantibus decurrentibus venoso-connexis. Herb. t. 189.

Agaricus virgineus. Pers. syn. p. 456.

AGARICUS PSEUDO-ANDROSACEUS. Bull.

Gregarius, totus griseus membranaceus, lamellis distantibus, basi latissimis, stipite mediocri. Herb. t. 276.

In ericetis Ticini autumno.

AGARICUS AMADELPHUS. Bull.

Gregarius, lamellis inaequalibus decurrentibus rufis, pileo prius convexo, dein plano concavo, stipite pleno gracili. Herb. t. 550. f. 3.

Ad corticem arboris putrescentis in collibus *di Vergano* collegi.

AGARICUS ATRO SQUAMOSUS. Gmel.

Pileo fuscescente niveo, maculis striatis nigris subsquamosis, stipite subulato valido, lamellisque albis. Michel. Gen. t. 78. f. 6. 8.

AGARICUS TIGRINUS.

Ligno innascens, stipite pleno nudo, pileo tenui tigrino depresso, lamellis curvilineis arcuatis. Herb. t. 70.

Super trabes, et truncos emortuos arborum varians colore immaculato-laevi, vel sulphureo-stramineo.

Agaricus ciathiformis. Bull.

Albidus vel pallidis, cancellis decurrentibus angustis divisis, stipite farcto. Herb. t. 248., et 568. f. 1., et 575.

In nemoribus collium eastate, et autumno.

Agaricus pyxidatus. Bull.

Gregarius majusculus, pileo cupulari seu infundibuliformi striato subspadiceo, lamellis lutescentibus, stipite elongato solido pallido t. 568. f. 2.

In umbrosis collium saepe occurrit varietatem colore fulvo nundum vidi.

Agaricus amethysteus. Pers.

Gregarius subtenax recens laete violaceus demum canescens, pileo umbilicato, lamellis distantibus, stipite longo fibrilloso attenuato. Synon. p. 465.

Bull. herb. t. 570. f. 8.

In sylvis ad arborum truncos abundat. *Ad Agaricum farinaceum aetate accedit lamellis furfure albido obtectis.*

i. *Stipes plenus pileus carnosus, lamellae unicolores arescentes.*

Agaricus ficojdes. Bull.

Caulescens, plerumque solitarius carnosus, pileo convexo subtilissime striato albido-griseo saepe deformi, lamellis sordide carneis, petiolo tereti albido annulato parum fistuloso, basi tuberoso curvo fuscescente, velo ac annulo persistente, membranis albidis. Herb. t. 587. f. 1.

Agaricus pratensis. Schoeff. fung. t. 96.

In pratis, et sylvis autumno abundat.

Agaricus eburneus. Bull.

Gregarius candidus, pileo subcarnoso viscoso convexo plano, margine laevi, lamellis subdistantibus parum decurrentibus, stipite longo, apice squamuloso. Herb. t. 118.

In sylvis montanis collegit Amicus *Carestia.*

Agaricus odorus. Bull.

Pileo carnoso planiusculo, laevi virescente, lamellis confertis subdecurrentibus albidis, stipite solido subflexuoso concolore aut viridi. Herb. t. 176. et t. 556. f. 3. Pers. syn. p. 323.

Crescit autumno in sylvis montanis.

Agaricus ericetorum. Bull.

Stipite nudo, apice fistuloso, pileo lutescente convexo. Herb. t. 188. et 551. f. 1.

In sylvis montanis saepe vidi.

Agaricus fusipes. Gmel.

Pileo dilute, umbrino rimoso, margine undulato, lamellis concoloribus rarioribus truncatis, stipite deorsum attenuato. Bull. herb. t. 186. et 516. f. 2.

In sylvis montanis, et collinis.

Agaricus cameleon. Bull.

Gregarius subparvus viscosus, pileo umbonato, stipiteque cavo, fulvo, viridique vario, lamellis aureis. Herb. t. 545. f. 1.

In collibus *di Ameno*, et *al Margozzo* rarus.

Agaricus arcuatus. Bull.

Pileo carnoso e campanulato demum depresso rufescente-grisco, lamellis latiusculis arcuatis subdecurrentibus, stipite solido subbulboso

ut plurimum rufo-virgato. Herb. t. 443. et 589. f. 1. Pers. Syn. p. 303.

Super terram in collibus crescit autumno, praesertim in sylvis *maxime varians magnitudine forma, et colore.*

Agaricus sulphureus. Bull.

Gregarius subsulphureus odoratus, pileo carnoso subumbonato, glabro, lamellis distinctis emarginatis, stipite longo, cavo, flexuoso dilutiore. Herb. t. 168. et 545. f. 2.

In nemoribus montanis autumno.

Agaricus longipes.

Pileo conicu fuliginoso, stipite concolore striato farcto, deorsum turgido, infra terram denuo attenuato, lamellis latis inaequalibus, cano-fuliginosis. Herb. t. 232. et 515.

Agaricus contortus. Bull.

Pileo sicco umbrino convexo, vertice papilloso, lamellis fragilibus, stipiteque spirali albidis. Herb. t. 36.

In umbrosis *di Ameno* aestate crescit.

Agaricus fulvus. Bull.

Pileo primum convexo, dein plano fulvo, lamellis inaequalibus lutescentibus, stipite farcto, longitudinaliter striato. Herb. t. 555. f. 2. et 574. f. 1.

In sylvis vallis Ticini frequens.

Agaricus coccineus. Bull.

Gregarius totus coccineus, pileo submembranacco convexo subviscoso, lamellis distantibus dentatim convexis, stipite cavo subcompresso. Herb. t. 570. f. 2.

Ad sepes secus vias *della Bicocca*, et in sylvis *della Vesca.*

Agaricus sericeus. Bull.

Pileo conico, sericeo nitido albo–rufescenti, lamellis griseis, aut lutescentibus, inaequalibus, basi emarginatis, stipite longiusculo candidis. Herb. t. 413. f. 2. et 526.

Ad sepes, et oras sylvarum, praesertim in collibus.

Agaricus argyraceus. Bull.

Pileo subalbicante, squamis cinereo–nigrescentibus, lamellis, stipiteque longiusculo candidis. Herb. t. 423. f. 1. et 513. f. 2.

In sylvis montanis estivo tempore.

Agaricus fastibilis. Pers.

Caespitosus, pileo carnoso, lateritio–rufo, aut pallido opaco, flexuoso, lamellis aquose cinamomeis, stipite crasso fibrilloso albido. Pers. Syn. p. 326.

Agaricus crustuliniformis. Bull. herb. t. 546.

In sylvis montanis abundat colore, et magnitudine mire varians.

Agaricus croceus. Bull.

Caulescens plerumque solitario, pileo obtuse conico non carnoso, croceo–coccineo demum flavescente, lamellis flavis, petiolo tereti croceo subtuliter striato subtortili fistuloso flavo, velo, et annulo destitutus in senio totus nigrescens. Herb. t. 50. et 524. f. 3. Schoeff. fung. t. 2. f. 9.

k. *Stipes centralis. Lamellae in juniori aetate membrana tectae uelum araneosum in stipite relinquentes.*

AGARICUS NUDUS. Bull.

Gregarius, pileo carnoso convexo plano subrepando rufescente-violaceo, lamellis confertis, stipite longiusculo tenuiusculo, subcylindrico nudo dilute-violaceis. Herb. t. 439. f. a. c.

In sylvis montanis ad terram varietas c. colore toto rufescente gaudet.

AGARICUS ARANEOSUS. Bull.

Pileo spadiceo, margine filis araneosis fimbriato, lamellis latis, posterius divisis, stipite albo brevi crasso concoloribus. Herb. t. 96 et t. 431. f. 5.

In nemoribus montanis autumno.

AGARICUS MUSCOSUS. Bull.

Pileo carnoso umbonato viscoso crystallino, lamellis primo purpurascentibus, dein ferrugineis, stipite transversim in squamas cartilagineo gelatinosas rupto, primo annulo subobsoleto. Herb. t. 549. et 596. f. 2.

Autumno crescit in sylvis collium, et Ticini vallis.

l. *Lamellae exsuccae, nec nebulosae. Stipes annulatus.*

AGARICUS ANNULARIUS. Bull.

Caespitosus congestis, pileo umbonato piloso, squamoso, ochraceo-fuligineo, lamellis subdecurrentibus albidis pallescentibus, stipite annulato conico, olivaceo, cinereo. Herb. t. 377. et 543. et 540. f. 3.

In collibus ad arborum radices autumno.

Agaricus aureus. Pers.

Subcoespitosus magnus unicolor–fulvis, pileo carnoso, planiusculo obsolete squamoso–piloso, lamellis confertis tenuibus subemarginatis, stipite stricto, glabro crassiusculo, annulo subparvi. Bull. herb. t. 92.?

In sylvis vallis Ticini raro occurrit autumno, et aestate.

Agaricus ramentaceus. Bull.

Solitarius, planiusculo obsolete umbonato, argillaceo, disco obscuro, margine flavescente squamuloso, lamellis dilute–fuligineis subadnexis, stipite solido albido flavo–maculato, glabro, annulo brevi. Herb. t. 595. f. 3. Pers. Syn. 263.

In Ticini ericetis solitarius augusto mense crescit.

Agaricus clypeolarius. Bull.

Pileo lacteo, squamis fasciculatis spadiceis, lamellis teneris albis triplici ordine digestis, stipite tereti fistuloso fuscescente. Herb. t. 506. f. 2. et 405.

In sylvis montanis, praesertim versus *Canobbio.*

Agaricus colubrinus. Bull.

Magnus, pileo carnoso umbonato, squamoso rufescente–cinereo, lamellis remotissimis albidis, stipite bulboso longissimo, annulo mobili. Herb. t. 78. et 583.

In ericetis, et pascuis frequens.

m. *Volvati.*

1. *Volva incompleta.*

AGARICUS VERRUCOSUS. Bull.

Pileo carnoso compacto umbonato rubescente fuligineo, verrucis acutis, aspero, lamellis confertis candidis, stipite longo fibrilloso subbulboso.

Amanita aspera. Pers. Syn. p. 256. Bull. herb. t. 316.

In sylvis aestate crescit (verrucis apud nos globosis).

AGARICUS SOLITARIUS. Bull.

Pileo convexo, medio parumper concavo, verrucis squamisque convolutis inaequali, lamellis liberis. Herb. t. 10. et 593.

Ad oras sylvarum, praesertim in collibus.

✠ AGARICUS MUSCARIUS. Bull.

Stipitatus, lamellis dimidiatis solitariis, stipite ovato, apice dilatato, basi ovato. Herb. t. 122.

In nemoribus collium.

2. *Volva completa.*

AGARICUS AURANTIACUS. Bull.

Pileo convexo aureo, carne ochroleuca, lamellis medio latioribus, minoribus, mediis brevissimis. Herb. t. 120. et 364.

Agaricus caesareus. Lin. Syst. Veget.

In nemoribus montium frequens.

Agaricus verrucosus. Bull.

Stipitatus, pileo carnoso compacto umbonato rufescente-ferrugineo, verrucis acutis asperis, lamellis confertis candidis, stipite subvilloso subbulboso. Herb. t. 316.

Amanita aspera. Pers. Syn.

In sylvis frequens.

Agaricus bulbosus. Bull.

Caulescens solitarius, parum carnosus, pileo primum globoso, demum haemisphaerico albo, lamellis concoloribus, petiolo tereti procero annulato, pleno concolore, basi tuberoso, volvato, valva evanida, velo membranaceo, et annulo persistente albis. Herb. t. 3. et t. 577. Schoeff. fong. t. 242.

In pascuis autumno abundat.

Merulius. *Meruglio.*

Fungus subtus venosus.

* Merulius cantarellus. Gmel.

Vitelinus svaveolens, pileo (senescentis) excavato, margine undulato, lobato, venis subcrispis decurrentibus, stipite tereti farcto sursum dilatato. Herb. t. 62. et t. 505. f. 1.

In sylvis collium vulgaris.

Boletus. *Boleto.*

Fungus subtus porosus.

Boletus hepaticus. Hall. helv. n.° 2315.

Sessilis carne secedente mollis, crassus san-

guineus obscure lobatus fistulina. Bull. herb. t. 74. 494. et 497.

Ad radices arborum emortuarum. In Alpibus saepe observavi.

BOLETUS RAMOSUS. Bull.

Coriaceo fragilis, luteo-fulvus in ramos subcylindraceos, undique tubulosos expansus carne subalbescente, tubis brevibus. Herb. t. 418.

In fodinis *di Alagna* observavit *Carestia* ad trabem Laricis.

BOLETUS VERSICOLOR. Bull.

Coriaceus tenuissimus, dimidiatus supra sericeo-tomentosus, teniatim variis coloribus pictus, tubis brevissimis niveis. Herb. t. 86.

In truncis arborum emortuarum, et trabibus vulgaris.

BOLETUS PELOPORUS. Bull.

Coriaceus tenuissimus dimidiatus subcinereo-stramineus glaber, aut vix tomentosus, tubis brevissimis, cinereo fuscescentibus. Herb. t. 501. f. 2.

In truncis emortuis arborum crescit, forma dimensionibusque varians.

BOLETUS UNICOLOR. Bull.

Coriaceus tenuis dimidiatus supra lanatus, zonatus, nec variegatus, tubis dedaleis cinereis. Herb. t. 501. f 3.

Super emortuos arborum truncos non frequens in collibus.

BOLETUS SUBEROSUS. Bull.

Coriaceus, glaber, sessilis dimidiatus ut plurimum subtenuis, tubis inaequalibus, pileo concoloribus. Herb. t. 482.

In lignis, et palis supra terram saepe observavi in valle Ticini mire varians forma, et dimensionibus, sed colore, aut fulvo, aut albo.

Boletus ungulatus. Bull.

Coriaceus sessilis, cortice ebeneo, carne ferruginea, et stupacea sublignosa tubis, tenuissimis aequalibus. Herb. t. 401. et 491. f. 2.

Super arborum truncos, praesertim Populi, Fraxini, et Salicis perennis est.

✠ * Boletus igniarius. Bull.

Coriaceus sessilis dimidiatus, carne ferruginea et suberosa sublignea, tubis brevissimis aequalibus. Herb. t. 454. et 82.

Boletus obtusus. Persoon Obs. Myc.

Super emortuarum arborum truncos frequens. Tinctores nigrum colorem ipso parant.

Boletus fraxineus.

Coriaceo–subvenosus sessilis, dimidiatus glaber, carne crassa subrutito straminea, tubis brevibus subferrugineis. Herb. t. 433. f. 2.

Super Fraxinorum languentium truncum in circumdariis *d' Ornavasso* observavi.

Boletus svaveolens. Bull.

Coriaceus suberosus, sessilis glaber dimidiatus ex niveo subfulvus, carne stramineo–fuliginea, tubis longissimis subrufidis. Herb. t. 310.

Super truncos Salicum aetate solummodo Anisum redolens.

Boletus laricis.

Coriaceo mollis, sessilis dimidiatus glaber, carne nivea crassissima, tubis brevissimis vix perspicuis. Herb. t. 296.

Truncis Laricis innascitur, nec alibi forma colore, et dimensionibus varians.

Boletus hispidus.

Coriaceo–mollis sessilis dimidiatus, pilis rigidis hirtus vetustate nigricans, carne crassissima, tubis fimbriatis. Herb. t. 210. et 493.

In agro Campolatensi super truncos Juglandis saepe vidi.

Boletus juglandis.

Carnosus firmiusculus, stipite brevissimo laterali, basi tesselato, pileo dimidiato squamoso, tubis brevibus latissimis. Herb. t. 19. et 114.

Super truncos Juglandis, Fraxini, et Ulmi in collibus frequens.

Boletus fimbriatus.

Coriaceus ferrugineus, stipite centrali, zonato, margine fimbriato, tubis brevibus.

In nemoribus Ticini super terram rare occurrit.

Boletus betulinus. Bull.

Coriaceus sessilis, glaber dimidiatus, carne alba, tubis brevissimis niveis, carne separabilibus. Herb. t. 312.

In montanis ad truncos Betulae albae.

Boletus edulis. Bull.

Stipite crasso, pileo latissimo subfusco ferrugineo, carne nivea, crassissima, firma tubis ex albo–subluteis. Herb. t. 60. et 494.

Super terram in sylvis.

Boletus castaneus. Bull.

Stipite laevi castaneo lateritio, pileo stipite concolore, carne nivea, tubis ex albo luteis. Herb. t. 328.

In nemoribus, et pascuis di Pallanza collegi. Terrestris.

Boletus cyanescens. Bull.

Subfuligineo cinereus, stipite ventricoso, pileo lato, carne nivea mutabili, tubis albidis. Herb. t. 569.

Terrestris in sylvis Ticini.

Boletus chrysenteron. Bull.

Stipite subgracili, pileo fornicato, carne lutea molliuscula mutabili, tubis luteis, latis longiusculis. Herb. t. 393. t. 4. et 490. f. 3.

Terrestris in nemoribus, praesertim ad radices montium, et collium.

Boletus rufus. Pers.

Pileo dilatato convexo plano lateritio-rufo rivuloso, poris albidis, stipite longo rugoso-laceio, squamulis nigrescentibus. Synon. 504. Bull. herb. t. 489. f. 2.

In pascuis, et sylvis montanis saepe occurrit, ubi nondum Boletus aurantiacus. Bull. observavi.

Boletus annulatus. Pers.

Pileo pulvinato campanulato viscoso flavescente-livido maculis e lateritio-rufis virgato, poris luteis, stipite annulato. Synon. p. 503. Bull. Herb. t. 332.

Ad montem *Cistella* unice observavi.

Hydnum. *Idno.*

Fungus subtus echinatus.

HYDNUM BARBAJOVIS.

Coriaceum sessile, membranaceum stramineo-rufidum, ligno tota superficie superiore adnascens, aculeis penicillatis. Herb. t. 481. f. 2.

Super arboris truncum emortuum super terram jacentem secus la *Negoja* unice collegi.

HYDNUM GELATINOSUM. Jacq.

Stipitatum, gelatinosum, pileo dimidiato supra glaberrimo. Austr. 3. t. 259.

In valle Ticini ad Campumlatum in sylvis dictis *della Porta Lua* saepe occurrit super truncos arborum languentium.

HYDNUM CYATHIFORME. Bull.

Exiguum, coriaceum ferrugineum, stipite brevissimo, pileo primum suborbiculari omnino echinato, demum infundibuliformi. Herb. t. 156.

Terrestre, et semper gregarium crescit in nostris montibus in sylvis.

HYDNUM HYBRIDUM. Bull.

Coriaceum ferrugineum, stipite crassissimo brevi, pileo primum convexo, supra laevi demum infundibuliformi latissimo. Herb. t. 453. f. 2.

In pinetis alpium frequens, terrestre.

HYDNUM REPANDUM. Bull.

Carnoso firmiusculum fragile subfulvo lute-

scens, stipite brevi albescente, pileo convexo flexuoso. Herb. t. 172.

In pascuis montanis vulgare, terrestre.

HYDNUM PARASITICUM Lin.

Acaule arcuato-rugosum tomentosum. Syst. veget. ed 14. Fl. dan. 465.

In sylvis alpinis saepe collegi.

Phallus. *Fallo.*

Fungus subtus laevis supra cellulosus.

* PHALLUS ESCULENTUS. Bull.

Svaveolens, stipite nudo brevi fistuloso, pileo cum stipite adnato, cellulis profundissimis. Herb. t. 218.

In pascuis, sepibus nemoribus, et vineis, crescit albo, cinereo, et fusco colore varians gratumque suppeditat cibum, vernacule *Spongignole.*

PHALLUS IMPUDICUS. Bull.

Foetidissimus, stipite longo volvaceo cribroso, pileo brevi, nec cum stipite adnato, cellulis vix cavatis. Herb. t. 182.

In pascuis humidis, et sylvis.

PHALLUS CRISPUS. Scop.

Stipite crasso, albo rimoso, et cavernoso, pileo plicato. Michel. t. 87. f. 7.

In sepibus *di Dormeletto* unice vidi.

Clatyrus. *Clatiro.*

Fungus cancellatus.

Clatyrus cancellatus. Bull.
Acaulis subrotundus. Herb. t. 441.
In ericetis frequens.

Clatyrus nudus. Lin.
Stipitatus, capitulo oblongo, axi longitudinali adnato. Syst. veget. ed 14. Michl. gen. t. 94.
Super truncum emortuum Fraxini ad *Pian di Fariolo* unice vidi.

Auricularia. *Auricularia.*

Fungus sessilis plerumque membrunaceus, arborum truncis, aut humo tota pagina inferiore adnascens, adultior magisque evolutus laxatus, aut sensim resupinatus: semina e pagina superiore jam infera facta emittens, sed lento, longoque temporis lapsu. Bull. herb. p. 277.

Auricularia tremelloides. Bull.
Perennis, gelatinoso-cartilaginea supra zonatim ciliata, subtus fossis exarata, aut plicata. Herb. t. 290.
In emortuis arboribus in Ticini valle, colore violaceo unice observavi.

Auricularia reflexa. Bull.
Perennis, coriacea, tenuis supra zonata villosa subtus laevis. Herb. t. 274. et 483. f. 1. 2. 3. f. 5.

In emarcidis lignis vario colore, et dimensione in montanis praeceteris.

Auricularia ferruginea. Bull.

Perennis coriacao-tenuis glabra zonata subfusco ferruginea. Herb. t. 378.

Super arborum truncos frequenter occurrit.

Helvella. *Elvella.*

Fungus plerumque verticaliter nascens nunquam explicatione ab habitu primordiali recedens, pagina inferiore laevi, aut venosa, semina brevi tempore quandoque jactu intermisse repetito, veluti irritabilitate quadam emittens.

Helvella cornucopiojdes. Bull.

Infundibuliformis, subfusco-nigricans undulata nec venosa, stipite juxta basim attenuatam fistuloso. Herb. t. 498. f. 3.

In sylvis saepe occurrit.

Helvella crispa. Bull.

Coriacea in stipitem basi attenuatum, nec fistulosum, sensim desinens, margine crispo. Herb. t. 465. f. 1.

In valle *di s. Nazzaro de' Borgondi* secus Padum unice vidi colore fulvo.

Helvella gelatinosa. Bull.

Stipite fistuloso, basi turgido, pileo fornicato, supra laevi intus gelatinoso, subtus undulato. Herb. t. 473. f. 2.

In sylvis s. Petri di Mosezzo locis uliginosis.

HELVELLA MITRA. Bull.

Cerea stipite fossis exarato intus, lamellis laberyntiformibus compacto, pileo lobato. Herb. t. 190. et 466.

Terrestris in sylvis collium.

HELVELLA ELASTICA. Bull.

Cerea stipite gracili cylindraceo laevi fistuloso, pileo lobato. Herb. t. 242.

Terrestris in sylvis collium.

Peziza. *Peziza.*

Fungus supera parte in crateram cupularem scutellatam, pixidatam visciculosam, aut marsupiiformem excavatus, et ex eadem tantummodo semina emittens aliquoties jactu intermisse repetito, et velut irritabilitate quadam. Bull.

PEZIZA NIGRA. Bull.

Gelatinosa crassa, sessilis subturbinata glabra, subtus veluti recutita cratera primum cupulari, demum scutellata. Herb.

Super truncos emortuos arborum, et super trabes.

PEZIZA TREMELLOJDEA. Bull.

Gelatinosa, primum sessilis demum in stipitem crassum desinens cratera e cupulari complanata. Herb. t. 410. f. 1.

Super trabes, et palis, praesertim in montanis, ubi et ferrugineam, et violaceam varietatem observavi.

✝ PEZIZA AURICULA JUDAE.

Latissima, gelatinoso–cartilaginea sessilis tenuis subtus nervosa pubescens, cratera cupulari plicata, subfusco lateritia. Herb. t. 427. f. 2.

Super arborum truncos vulgatissima.

PEZIZA HYDROPHORA. Bull.

Minima tenuis, fragilis sessilis globosa aurantio-cinerea, rore limpido turgida, cratera vesciculosa. Herb. t. 410. f. 2.

Super trabes semiputres crescit.

PEZIZA IMBERBIS. Bull.

Exigua, cerea, fragilis, glabra turbinata aut brevi stipitata, cratera cupulari–planiuscula. Herb. t. 467. f. 2.

Super arborum truncos putrescentes in sylvis Ticini, et in collibus.

PEZIZA CRINITA. Bull.

Exigua tenuis, firma, sessilis, subtus cinerea ciliata, carne alba, cratera cupulari purpurea. Herb. t. 416. f. 2.

Super truncum semiputridum Baetulae albae prope Eumeniam unice observavi.

PEZIZA LACTEA. Bull.

Minima cerea, tenuis fragilis, nivea turbinata, aut stipitata, subtus pilosa cratera cupulari. Herb. t. 376. f. 3.

In truncis arborum emarcidis, in collibus, et montibus.

PEZIZA CHRYSOCOMA. Bull.

Minima tenuissima, fragilis sessilis glabra lutea, laevis cratera e vesciculosa-cupulari. Herb. t. 376. f. 2.

In locis praecedentis crescit.

PEZIZA CARNOSA. Bull.

Crassa sessilis, cinerea, subtus tomentoso-lanuginea, carne rosea, cratera cupulari tomentosa. Herb. t. 296. f. 1.

In valle Sessitis collegit *Carestia*.

PEZIZA CILIATA.

Minima crassiuscula, fragilis sessilis miniaceo-aurantiaca, subtus pubescens, cratera cupulari, margine ciliato. Herb. t. 438. f. 2.

Humana, et bubula stercora tegit, nec alibi occurrit.

PEZIZA BATSCHII. Balb.

Plana, cornea sessilis marginata, paniceo-miniata. Misc. Bot. t. 11. f. 3.

Ad lacum Verbanum prope Mejna ego collegi. Terrestris.

PEZIZA LANUGINOSA. Bull.

Lata tenuis, cerea, fragilis sessilis, subtus ferrugineo-fuscescens lanata, cratera nivea e vesciculosa cupulari. Herb. t. 396. f. 2.

Ex valle Sessitis retulit *Carestia*.

PEZIZA CRENATA. Bull.

Exigua tenuis, cerea, fragilis glabra cinerea, cratera cupulari, margine crenato. Herb. t. 396. f. 3.

Secus Verbani lacum locis umbrosis frequenter occurrit. Terrestris.

PEZIZA ARANEOSA. Bull.

Exigua tenuis, fragilis, aurantio-miniacea turbinata, subtus fibrillis intricatis operta cratera campanulato cupulari. Herb. t. 280.

In sylvis collium saepe collegi. Terrestris.

Peziza acetabulum. Bull.

Maxima, cerea, tenuis fragilis glabra stipitata subtus extipatim venosa cratera cupulari. Herb. t. 485. f. 4.

Terrestris in sylvis nec deest in illis *della Bertona* prope Novariam.

Peziza cochleata. Bull.

Major, cerea tenuis, fragilis, sessilis, fissa cochleatim involuta, cratera, basi perforata. Herb. t. 154.

Terrestris in valle Ticini.

Peziza vesciculosa. Bull.

Major cerea, tenuis fragilis glabra sessilis, cratera e vesciculose marsupiiformi. Herb. t. 457. f. 1.

Super fimeta, praesertim in pratis abundat.

Tremella. *Tremella.*

Fungus gelatinosus cartilagineus (gemmis latitantibus Gmel.) non nunquam carnosus in latum varie expansus plerumque sessilis, et omnibus superficiei punctis semina emittens. Bull. herb.

Tremella purpurea. Bull.

Exigua carnosa, firma, crassiuscula bulbato-globosa coccinea. Herb. t. 284.

Super ramos emortuos arborum abundat.

Tremella nigricans. Bull.

Comosa crassiuscula irregulariter bulbato-complanata, primum coccinea, demum nigra. Herb. t. 455. f. 1.

Super arborum truncos, et trabes.

Tremella deliquescens. Bull.

Exigua gelatinosa, bullato-turbinata, glabra lutea, integra. Herb. t. 455. f. 3.

Super ligna emarcida.

Tremella ligularis. Bull.

Simplex cartilagineo-carnosa, tomentosa, tenuis, lateralis, elongato-elliptica stramineo-lutea. Herb. t. 427. f. 1.

Super truncos *Juniperi communis* in montanis.

Tremella granulosa. Bull.

Complanata, gelatinoso-cartilaginea luteo-virescens, crassiuscula in lobulos crassos imbricatos partita. Herb. t. 499. f. 2.

Humum humidiusculum subcontinuo tegit quasi tapete laete virenti, autumnali tempestate.

Tremella amethistea. Bull.

Gelatinosa violacea in lobos teretes varie dissecta superficie fossis, aut sulcis exarata. Herb. t. 499. f. 5.

Super trabem emarcidum ad aqueductum *della Biraga* unice observavi.

Tremella mesenteriformis. Bull.

Gelatinoso-cartilaginea in plures lobos tenues flexuosos usque ad basim verticalem partita. Herb. t. 406. et 499. f. 6.

Super truncum emarcidum collegit prope *Eumeniam Cancellarius Nobili.*

Clavaria. *Clavariam.*

Fungus glaber elevatus, aut ramosus.

Clavaria digitata. Bull.

Monoica coriaceo–suberosa, fusco–nigricans glabra subcylindracea, carne alba, apice simplici subacuminato. Herb. t. 220.

Super ligna emarcescentia in montanis saepe vidi.

Clavaria cornuta. Bull.

Monoica cinereo–suberosa nigra ciliata, apicibus complanatis cornua dorcadis immitantibus. Herb. t. 180.

Lignis semiputridis innascitur in collibus.

Clavaria ophioglossojdes. Bull.

Simplex coriaceo molliuscula nigra glabra, apice spatulaceo. Herb. t. 372.

In ericetis *Burgimaneri* saepe occurrit.

Clavaria coriacea.

Cinereo–molliuscula, ramis coralloidibus depressis striatis apicibus fimbriatis. Herb. t. 452. f. 2.

In pascuis collium.

* Clavaria coralloides. Bull.

Simplex, aut coralloidec–dissecta fragillima glabra, ramis subcylindraceis, nec fistulosis superficie undulata. Herb. t. 496. f. 3. et 222. et 358. F. B. C. D. E. et t. 354.

In sylvis, et ericetis fere ubique. Vernacule *Carnine.*

Clavaria muscoides. Bull.

Exigua fragilis, glabra, corallojdeo-dissecta veluti arborea, ramis gracillimis subcylindricis. Herb. t. 358. f. A.

Super truncos emortuos arborum in montanis saepe vidi.

lavaria candidissima. Vill.

Subramosa erecta ramis simplicibus acutis obtusis, et bifurcatis. Delph. 3. p. 1050.

In collibus crescit.

Clavaria rugosa. Bull.

Simplex aut ramosa, fragilis nec fistulosa glabra, basi attenuata, superficie plicato-corrugata. Herb. t. 448. f. 2.

In montibus *di Canobbio* crescit.

Clavaria laciniata. Bull.

Tenuis cum corporibus vicinis concrescens apicibus submembranaceis, cristato fimbriatis. Herb. t. 415. f. 1.

In montanis non frequens.

Clavaria pistillaris. Bull.

Maxima firma, simplex clavaeformis glabra nec fistulosa, apice subrotundo. Herb. t. 244.

In sylvis montanis frequenter.

Clavaria cylindrica. Bull.

Fragillima simplex, glabra tereti-elongata, fistulosa, basi attenuata apice subrotundo. Herb. t. 463. f. 1.

Ad montem Ossulanum unice vidi. Terrestris est.

Variolaria. *Variolaria.*

Fungillus coriaceo-ligneus nunc pluribus locellis in bullam exiguam aggregatis compositus, nunc unilocularis super arborum emortuarum, aut languentium cortices nascens inter eorum strata plus minus profunde infixus et cinctus epidermide persistens: in locellis semina succo glutinoso mixta fovens. Bull. gen. IX.

Variolaria ceratosperma. Bull.

Multilocularis, fusco-nigricans bullato-acuminata: seminibus ellipticis: superficie mammosa. Herb. t. 432. f. 1.

In cortice lignorum putridorum.

Variolaria punctata. Bull.

Multilocularis nigra bullato-complanata, superficie laevi: disco punctato. Herb. t. 432. f. 2.

Super corticem Fagi sylvatici unice vidi.

Variolaria fugax. Bull.

Complanata granulosa, fusco-nigricans, corticis epidermide vix superans brevi evanida. Herb. t. 432. f. 5.

Super corticem Salicis et Alni frequens.

Hypoxylon.

Fungillus coriaceus, plerumque coriaceo-ligneus prima aetate pulvere masculo ut plurimum sat perspicuo conspersus: semina numerosissima, succo glutinoso mixta in locellis fovens ideoque monojcus. Bull. gen. VIII.

Hypoxylon globulare. Bull.

Uniloculare sparsum sphaericum ex albo nigricans, glabrum laeve, apice mammoso. Herb. t. 444. f. 2.

In valle Sessitis ad arboris truncum collegit *Carestia*.

Hypoxylon phoeniceum. Bull.

Uniloculare minimum, sparsum globoso ellipticum, rubrum, glabrum. Herb. t. 487. f. 3.

Ad pontem ligneum Ticino impositum dictum *di Boffalora* unice observavi.

Hypoxylon ustulatum. Bull.

Ex cinereo-nigricans inflatum, friabile, superficie sinvosa, locellis segregatis. Herb. t. 487. f. 1.

In truncis arborum vetustiorum frequens, varietatem pedicellatam mihi obtulit, ex valle siccida *Carestia*.

Hypoxylon granulosum. Bull.

Ex cinereo-nigricans, nec friabile, locellis prominulis numerosissimis in congeriem crustaceam concrescentibus. Herb. t. 487. f. 2.

In sylvis montanis super truncos arborum emarcidos saepe vidi.

Nidularia. *Nidolaria.*

Fungillus coriaceo-membranaceus sessilis cyathiformis, seu inverse campanulatus, in fundo semina lentiformia latissima et stipitata fovens. Bull. gen. VII.

NIDULARIA LAEVIS. Bull.
Sordide lutea, intus laevis, nec lucida, marginibus erectis, seminibus glabris. Herb. t. 488. f. 2. et t. 40. f. B. C. C.
Super ligna emortua non rara

NIDULARIA STRIATA.
Fuligineo-fuscescens, extus lanuginea intus striata, marginibus erectis, seminibus subtus tomentosis. Herb. t. 4. f. 2.
Ad moenias urbis super terram saepe occurrit.

Lycoperdon. *Licoperdo.*

Fungus pericarpio prima aetate intus referto, carne quadam firma, quae dein conversa in pulverem seminibus et filamentis minutissimis compositum per fissuram pericarpii saepius juxta apicem dirupti emittitur, et corticem membranaceum, quo erat inclusa aetatis progressu, vacuum relinquit.

LYCOPERDON EPIDENDRON. Bull.
Exiguum subglobosum, carne sanguinea, seminibus cinereo rufidis, pericarpio friabili. Herb. t. 503.

Super ligna emarcida in sylvis montanis saepe observavi colore rufido, ferrugineo, vel plumbeo nondum aurantiaco, nec miniaceo. Bull. f. 1. A. B. f. 2. C. D.

LYCOPERDON GOSSYPINUM. Bull.

Minimum subturbinatum sublanuginosum, carne alba, seminibus fuscescentibus, pericarpio flaccido. Herb. t. 435. f. 1.

Secus Sessitem super lignum emarcidum collegit *Carestia.*

LYCOPERDON PROTEUS. Bull.

Subrotundum, turbinatum aut substipitatum carne alba, seminibus subfuligineis, pericarpio tenus flaccido. Herb. t. 435. f. 3. et 475. f. b. c. d. m. n.

Super terram crescit in pascuis, et pratis siccis, in vineam parochi s. Crucis hujus urbis varietas crevit ponderis 12. librarum.

* LYCOPERDON BOVISTA. Bull.

Subrotundum lacerato-dehiscens. Herb. t. 447.

In pratis, et pascuis. Vernacule *Pet de Luf.*

LYCOPERDON VERRUCOSA. Bull.

Subglobosum rufo-fuscescens, carne coesio-rubescente, seminibus fuscis collo radicis latissime plicato. Herb. t. 24.

In Ticini valle abundat autumno.

LYCOPERDON STELLATUM. Lin.

Volva multifida patente, capitulo glabro, ore acuminato plicato. Bull. Herb. t. 471. f. 1.

In ericetis, et pascuis siccis.

LYCOPERDON PEDUNCULATUM. Lin.

Stipite longo, capitulo globoso glabro, ore cylindrico integerrimo. Bull. her.b t. 17.

Sphocrocarpus. *Sferocarpo.*

Fungillus carnosus aut subcoriaceus in basi membranacea pluribus consertis communis plerumque sedens stipitatus quandoque sessilis, pericarpio globoso turbinato aut subcylindraceo prima aetate pleno, firmo, et opaco, dein irregulariter, et saepius ex omni parte dilacerato semine e reticulo capillaceo emittente. Bull. herb. gen. V.

Sphoerocarpus trichiojdes. Bull.

Stipitibus simplicibus, nec striatis pericarpiis globosis, extus cancellatim nervosis. Herb. t. 387. f. 2.

Ex valle Sessitis mihi obtulit *Carestia.*

Sphoerocarpus chrysospermus. Bull.

Sessilis aut vix stipitatus pericarpiis subglobosis extus subverrucosis seminibus luteis. Herb. t. 47. f. 4.

Super ligna emarcida saepe vidi.

Sphoerocarpus viridis. Bull.

Stipitibus elongatis cylindraceis gracillibus, pericarpiis orbicularibus umbilicatis granulosis virescentibus, seminibus fusco-nigricantibus. Herb. t. 481. f. 1.

In valle Padi super terram non infrequens occurrit.

Sphoerocarpus albus. Bull.

Stipitibus cylindraceis simplicibus, pericarpiis globosis umbilicatis granulosis albo-subcine-

rascentibus, seminibus rotundo-fusco-nigricantibus. Herb. t. 407. f. 3. t. 470. f. 1.

In arborum truncis autumno.

Sphoerocarpus cylindricus. Bull.

Sessilis, pericarpiis cylindraceis elongatis ferrugineis apice acuminatis ibi prima aetatem niveis.

In emarcido Fraxino collegi.

Rhizomorpha. *Risomorfa.*

Fungus ramosissimus repens corneus, seminibus latentibus. Gmel. syst. veget. p. 1485.

Rhizomorpha setiformis. Pers. Syn. 705.

Caulescens nigrum super ramis criniformibus sparsos gerens locellos.

Hypoxylon loculiferum. Bull. Cham. t. 495. f. 1.

Ex valle Sessitis mihi obtulit *Carestia.*

Aecidium. *Ecidio. Pers.*

Peridia acaulia manifesta teretia membranacea, ore dentato demum rupta, pulvis farinaceus nudus (in foliis parasiticum.)

Aecidium cancellatum. Pers.

Tuberculatum spadiceum peridiis in lacinias apice cohaerentes demum fissis. Fl. dan. t. 504. Pers. Syn. p. 205.

In aversa parte Pyri communis languescentis: *aestate maculae tantum dilute-croceae, et punctatae in foliis conspiciuntur dein tu-*

bercula spadicea tandem peridia crassa conica prominentia demonstrant.

AECIDIUM BERBERIS. Pers.

Coespitosum orbiculare parvum convexum peridiis subelongatis flavis. Synon. p. 209.

Lycoperdon poculiforme. Jacq. collect Austr. 1. t. 4. f. 1.

In foliis Berberis vulgaris frequentissime observatur.

AECIDIUM EUPHORBIAE. Pers.

Simplex confertum, peridiis cylindricis pallidis, ore reflexo pulvere aurantio. Synon. p. 211.

In foliis Euphorbiae cyparissiae vulgare.

Uredo. *Uredo. Pers.*

Peridium *nullum*. Pulvis *nudus detergibilis*. Sporulae *uniformes plerumque globosae*.

UREDO EUPHORBIAE HELIOSCOPIAE. Pers.

Sparsa subglobosa prominens flava. Syn. p. 216.

In Euphorbia helioscopia frequenter aestate observavi in ubi cespitulis *verrucaeformibus*.

UREDO MINIATA. Pers.

Subrotunda effusaque miniato aurantia. Syn. p. 216.

In foliis *Rosae*, praesertim *caninae*.

Uredo lini. Pers.

Conferta, coespitulis pulvinatis magnitudine variis, aurantio-rubris. Syn. p 216.

In foliis Lini usitatissimi nimis infesta aestate pluviosa.

URBDO VICIAE FABAE. Pers.

Conferta, orbicularis, subeffusa depressa pulvere fusco-spadiceo. Syn. p. 221.

Caule, et foliis Viciae fabiae noxia.

UREDO PHASEOLI. Pers.

Conferta, subconfluens badia pulvinata inquinans. Syn. p. 222.

Phaseolorum foliis perniciosa.

Aliae per multae apud nos crescunt species ad genera uredinis aecidii, puciniae aliaque recentiorum, quas ob incomparabilem parvitatem, et ob deficientiam commodorum distinguere non audeo, hinc opinor melius fore eas interim omittere, quam confundere.

Trichia. *Trichie.*

Fungillus stipitatus in basi membranacea pluribus communi plerumque sedens, pericarpio prima aetate turbinato oblongo, vel subcylindraceo translucente, spumam lacteam mollitie, et albedine referente, dein opaco columnari intus reticulatim filamentoso extus capillis intricatis primo in membranam contractis, dein laxis, ac veluti cancellatis composito, tum semina emittente per aperturas, quibus tota superficies dehiscit. Bull. gen. IV.

Trichia axifera. Bull.

Ferruginea, stipitibus criniformibus, pericarpiis axi longitudinali adnatis, primum subovoideis, demum cylindraceis. Herb. t. 477. f. 1.

In valle Sessitis legit oculatissimus *Carestia.*

Trichia cinnabaris. Bull.

Stipitibus brevissimis, pericarpiis subcylindraceo–ovatis calliculatis axi destitutis, seminibus subminiaceis. Herb. t. 502. f. 1.

Super emarcidum Laricem collegit *Carestia.*

Trichia leucopodia. Bull.

Minima stipitibus niveis, basi dilatatis, pericarpiis elongatis nigricantibus, reticulo compactissimo, seminibus brevi–ellipticis. Herb. t. 502. f. 2.

Super palearia autumnali tempestate non raro occurrit.

Trichia nutans. Bull.

Flavicans, pericarpiis elongatissimis decumbentibus caliculatis vix stipitatis, capitulo laxo. Herb. t. 502. f. 3.

Super truncos emortuos arborum in montanis saepe vidi.

Mucor. *Muco.*

Fungillus plerumque fugacissimus nunc sparsus, nunc caespitosus, stipite gracilimo simplici, aut ramoso modo seminibus nudis terminato, modo quasi pappo a ramulis aggregatis plus minusve divergentibus quorum singulus constat seminibus concatenatis, modo pericarpio vesciculoso ovali, seu globoso, semina reticulo perspicuo destituta fovente. Gen. III.

Mucor chrysospermus. Bull.

Caespitosus, stipitibus erectis, seminibus numerosissimis subrotundis ex albo–aureis. Herb. t. 504. f. 1.

Super Fungos crescit autumno.

Mucor glomerulosus. Bull.

Sparsus, stipitibus simplicibus, seminibus subrotundo–ovatis numerosis cinereo–rufescentibus glomeratim confertis. Herb. t. 504. f. 3.

In emporetica carta loco humido abundans.

Mucor ferrugineus. Bull.

Caespitosus, lateritio ferrugineus, pericarpiis clavatis, apice varie disruptibilibus, seminibus subrotundis tenuissimis. Herb. t. 504. f. 12.

In foliis *Humuli Lupuli* autumno crescit.

Mucor mucedo. Lin.

Stipitatus, capsula globosa. Bull. Herb. t. 480. f. 2.

In substantiis putrescentibus frequens. Vernacule *Mussa*.

Reticularia. *Reticularia*.

Fungus prima aetate mollis, plerumque spisso turgens succo, deinde ita sensim firmitatem nanciscens, ut demum exsiccatione fiat friabilis, tunc ruptus manifestat semina pulveriformia, modo fibris intricatis impedita, modo membranulis reticulatis coeuntibus intersecta, modo etiam intra thecas coriaceas nidulantia.

Reticularia nigra. Bull.

Papulaeformis biennis prima aetate gummea, dein filamentosa intra ligna, et corticem crescens. Herb. t. 38. f. 2.

In truncis emarcidis frequens.

Reticularia segetum. Bull.

Fusco nigricans graminum parasitica, intus filamentosa. Herb. t. 472. f. 2.

In cerealium spicis nimis infesta. Vernacule *Tencione*.

Reticularia sphoeroidalis. Bull.

Minima sessilis, suborbicularis intus loculosa. Herb. t. 466. f. 3.

Super emortua folia, et ligna in sylvis autumno.

RETICULARIA SINUOSA. Bull.

Minor sessilis, duabus lamellis paralellis flexuosis. Herb. t. 446. f. 3.

Iisdem locis praecedentis collegi.

Tuber. *Tuber.*

Fungus subterraneus carnosus firmus qualibet aetate plenus intus, semina fovens, nunquam pulvereo jactu emissa, sed fungo ipso putrescente sub tellure persistentia ad speciei propagationem. Bull. gen. I.

* TUBER CIBARIUM. Bull.

Arhison subrotundum firmum, superficie ectype coelata. Herb. t. 356.

In collibus, praesertim *di Boca, Maggiora*, et Burgimaneri. Vernacule *Trifola nera.*

* TUBER ALBUM. Bull.

Albo-subrufescens radice destitutum, sed basi radicali instructum. Herb. t. 404.

In praedictis collibus crescit, sed descendit usque ad promontaria *di Olengo*, et *Nibiola.* Vernacule *Trifola bianca.*

FINIS VOL. II.

INDEX

GENERUM PLANTARUM

FLORAE ACONIATENSIS.

A

S

T



Vol. I.

		ERRATA.	CORRIGE.
Pag. 1.	lin. 1.	*Hippure*	*Ippure*
149.	13.	alterinis	alternis
153.	4.	Fl. dan. Ericetis ticini	Ericetis Ticini
161.	21.	adcantojdes	adiantojdes
165.	3.	flore	flores
168.	17.	nudo	nuda
169.	18.	facineus	fagineus
170.	5.	opegrapha	opegraphae
ibid.	17.	tamescente	tumescente
ibid.	22.	coronatae	connatae
171.	1.	canasceus	canescens

Vol. II.

8.	28.	copiosam.	copiose
20.	33.	declivis	declivibus
24.	17.	obovotis	obovatis
34.	6.	lomentibus	lomentis
45.	5.	maximis	maxima
61.	1.	*Lasana*	*Lapsana*
64.	6.	Aracojdeo	aracnojdeo
79.	8.	elongatist	elongatis
83.	19.	subuniflo	subunifloro
107.	24.	bidentati	bidentatis
110.	1.	remotu	remota
124.	5	alatam	alatum
232	1	Clatyrus. *Clatiro.*	Clathrus. *Clathro.*
	3	Clatyrus	Clathrus
	6	Clatyrus	Clathrus
234	27	palis	palos
239	1	*Clavariam*	*Clavaria*
244	14	tenus	tenui
ibid.	23	verrucosa	verrucosum
246	6	aetatem	aetate
247	22	in ubi cespitulis	in cespitulis
248	13	recentiorum quas	recentiorum spectantes, quas
250	7	*Muco*	Muffa

cen orto

ne sue l e lo ren-

e indiffere , solamen-

e sino a un ciò riscon-

rasi una notal di perfezione

organica tra gl diversi climi.

---

gradi sotto il zero, 37, a

Tomsk, a Kirenga, ii è

a gradi 53 e mezzo,

sotto la congelazione:

Capo di Buona-Speran

volta il termometro m

non pertanto il suo ca

abile cangiamento. I

debbonsi piuttosto imp

piute a dovere le sperien

entrati in stanze risc

solo conservarono il p

no l' alito a segno pi

sare il termometro es

sensazione di calore,

scaldata, non procede

calorico nel corpo. E

cedente da ciò, che n

dell' energia vitale ac

lorico come stimolo,

medesime.



circo
rego

pr
ch
cl

